

LIBRERIA
CAROLI GOTTHILFIS
FRANCISCA FRIDERICIANA
PRESERTIM
CAR. GOTTHILF. KNORRIO
FRON DOCTRINA FRANCKEQUE PROPE TIBI
EXALTA
VICTOR BAN



23

G.36. num. 17. Gg. 10.

DE

1724 28. 9

DISSE²⁵
TATI²⁵
O PROBANDA
EXCEPTIONE
SPOLII
PER DELATIONEM
IVRAMENTI,

QVAM
DIVINO AVSPICIO
SECUNDVM PRINCIPIA IVRIS
PROCESSVALIS INSTITVIT,
ET

PUBLICVM DIRIGENTE CONFLICTVM
D. IOAN. FRIEDEM. SCHNEIDER N,
SACRÆ MAIESTATIS REGIÆ BORVSSICÆ CONSILIARIO
AVLICO, LOG. AC PRIM. PHILOSOPH. ORD. IVRIVM
EXTRAORDINARIO PROFESSORE
PUBLICO

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA

A. O. R. MDCCXXIV. D. 31. JAN.
MODESTO DISQUIVENTIVM EXAMINI
SVBMITTIT



IO. GEORG. POPICH, BELGARD, POM. T. V. C.
NOT. PUBL. CÆS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS.

PRAEFATIO.

Constitui mecum, de probanda exceptione *spolii*, ut *iuramenti* delatione expediri solet, aliquando agere. A multis præsertim canonici iuris interpretibus, explicato quidem, sed nondum, quod ego sciam, exhausto satis argumento. Quotquot enim illorum de *spolio* copiose differuerunt, de *restitutione* eius sola fuerunt solliciti. Probationem vero eius vel plane non, vel levi tantum brachio, attigerunt. Neque desiderium meum implere possunt, qui de exceptionibus tam *dilatorius*, quam *peremptorius*, prolixos ediderunt commentarios suos. Mentione istius exceptionis contenti, ad alios remittunt. Quibus curæ fuit, modum vel *procedendi*, vel *probandi*, pro fori usu tradidisse. Ut igitur illi ubertate rerum tractandarum sæpe obruti omnes in arte ipsa *hiatus* explere non potuerunt, ita probationum artifices in præsenti manes quoque suos patiuntur. Cum in superfluis haut raro abundare noscantur, sed in *necessariis* paullo post deficere. Exemplo esse poterit notissimus ille in detegendis *probandi* *adminiculis* iureconsultus, Iosephus Mascardus, qui in vastissimo de *probationibus*, quem cum cura contexuit, libro, *volumine IV.* *conclusione MCCCXXXVI.* hunc *probandi modum* sicco pede præteriit. Neque enim ea, quæ *l.c. n. 18. & 19.* in medium protulit, huc pertinere possunt. De litis *estimatorio*, non *decisorio* iuramento eundem egisse, quisque protinus animadverteret. In primis autem miror, Io. Baptista Pontanum, qui integrum de *spolio* opusculum publicæ luci exposuit, adeo controversam in iudiciis *probandi* rationem penitus omisisse. Neque Antonius Gabriel in *cl. I.* de *restitutione spoliatorum* occupatus, id ipsum præsttit, quod iure desideratur. Reliquorum hac de re labores commemorare pluribus, nec vacat, nec cluber. Dehortatore Seneca in *ep. II.* ne ista lettio multorum autorum, & omnis generis voluminum habeat aliquid vagum & instabile. Quo animo imbutus ad collisionem illam me convertam, quæ circa probandam *spolii* exceptionem per delationem *juramenti* coorta est. In ipsa dissertatione & referam rationes

PRÆFATIO.

eorum, qui inter se dissentunt, & in veritatis trutina easdem appendam. Ut facile constare possit, quorum sententiam reddant verosimiliorum. Moribus fori genioque saeculi aliquid hic datum esse, non diffiteor, veritate tamen non repugnante. Vbi ergo expressa iuris dispositio deficere videtur, ad eius analogiam configendiendum erit, ut solidum litis & eruendæ, & decidendæ, præstrui possit fundamentum. Pluris hanc valere, quam grandem doctorum nubem, nec iis ignotum est, qui forensium negotiorum disceptatione in dies exercentur ac onerantur. Quantopere vero in scholis infinita pæne ICrorum allegatio noceat, per me Antonius Muretus Iureconsultus & orator summus in *Oratione XVII. de doctoris officio & modo iurisprudentiam docendi eloquatur*: ut artem iuris obscuriorem ac difficiliorem cognitu redderent, & ad ceteros labores illum quoque adderent, quo excarnifiscarent discentium ingenia, per volutandi sepe illas ingentes librorum moles, & alieno loco potius querendi, quam suo. Videant igitur, consilii huius, a Mureto dati, negligentes, quid ipsis eventurum in eadem *Oratione lepide* is prædixerit: Prorsus, ait, ut si quis pater familias vestem non in vestiario, sed in arca panaria concederet: panem in puto bauriret, pisces in nemore quereret. Quibus præmissis ad id, quod institueram, redeo: Dicturus quidem sum de probanda exceptione spolii, sed titulo ipso tractandi rationem satis indicante, ut magis de iuramenti delatione, quam de aliis, probandi spolii mediis, operose disquiram. Ne vero quidquam in arduo hoc negotio hæsitante animo proferre videar, ordinem istum tuebor. Primo de spolio ipso, quod exceptionem designat, pauca decerpam: deinde indolem exceptionis vocabo sub examen, non omissis, quibus gaudet, singularibus quoque privilegiis suis: post modum proponendi superaddam: tum terminum probationi præfixum indicabo: denique ex variis probandi spolii adminiculis in electa iuramenti delatione, subsistam, quam Canonistæ pro liquida, sed Saxonici Iureconsulti pro illiquida probatione habere videntur. Neque rationibus modo, ut supra dixi, sed casibus etiam quibusdam argumentum hoc illustrabo. Faxit Deus, ut per legitimos tramites hic labor meus ad optatum finem perveniat.

DISSE

DISSERTATIONIS,

DE

PROBANDA EXCEPTIONE SPOLII PER

DELATIONEM IURAMENTI,

SVMMA.

Ab exceptione spolii, que probanda est per delationem iuramenti, removetur
I. Spolium militare, quod secundum ius militare tam publicum, in belli
domina, cui praecepit debetur, quam privatum in militibus, sub distinctione
ad hoc admissis explicatur. Et licitum esse demonstratur, ut ne a captivo,
qui lytri solutionem victori suo promisi, iure opponi possit. §. I. Excluditur
II. Spolium iudiciale, eius cum militari comparatio, una cum modo committendi
buius spolii expenditur. Ab eo quoque exorsatio iudicis, sive e zelo iustitiae,
sive e cap. 12. X. de sentent. & re iudic. discussa est, addito simul remedio ex
iure non communii minus, quam camerali remissive. §. II. Spolium a priva-
tis commissum ita distinguitur, quod alio vivi, alio mortui leadantur. De po-
steriore spolio & prodata actio, & pena pro varietate circumstantiarum in-
dicata est: est ad statum controversie minus pertinere, a me defendatur. §. III.
Spolium privatum accipitur in sensu (1) generali, quo tam licitum, quam illi-
citum in se comprehendit; (2) speciali quo tantum ad illicitum actum restri-
ctum est. In hoc non in illo sensu attenditur. §. IV. Prohibitia spolii in sensu
speciali ex iure canonico non minus, quam civili eruntur. §. V. Spolium in sensu speciali acceptum definitur, eiusque obiectum, tam in rebus corporali-
bus, quam incorporalibus designatur. Modus quoque committendi exprimitur,
quem vis ablativa, aut expulsiva, definit; non tamen semper dolo, sed etiam
culpa admissa. §. VI. Delictum verum esse evincitur, corumque sententia con-
futatur, qui saltim ad delictum proxime accidere statuerunt. Dubium circa
pactum de non agendo spolio, a Lancelloto motum, discussum est. Qua occasione
pactum de ingrediendo pignori adiectum explicatur, ac eius genuina executio
monstratur, tam secundum ius civile, quam cameral. §. VII. Exinde spolii
exceptio deducta, cuius inodos definita, & terminus eam opponendi expressus
regulariter 1) ante litem contestatam, cuius duplex ratio est: una communio
quia dilatoria exceptio est; altera huic exceptionis propria, quia & decisiq
& execucio eius ante litem contestatam expedienda est. 2) post litem contesta-
tam, sed precedente rei probatione, quod antea sibi non innotuerit. 3) in ipsa
executione. Iudicium de hoc termino opponendi fertur in applicatione ad pre-
sentis controversie statum. §. VIII. Quo maxima pertinet tam proponendi,
quam legitime concludendi modus in hac exceptione. Quia de causa illie sola,
non cum aliis mixta proponatur; hio conclusio semper sit negativa 1) ob periculum

SUMMARIA.

confusionis, & 2) ob neglegētū eius a iudice vitandum. Modestus a DN. Gribnero diffensus circa usum formulæ petundi in hac exceptione suscep̄tus est; ostensa differentia a sensu aque ac usu forensi utriusque formulæ. DN. de Berger testimoniū, sed sub cautione adductum est, §. IX. Exceptio spolii in effectu peremtorias imitari, demonstratur ex quibusdam eius privilegiis, quod in qualibet iudicii parte opponi posſit. 2) quod non ferat petitum, niſi negativum. 3) de non compensando, quod diſpositione tam iuris canonici, quam civilis probatur. Pontani dubio de compensatione per distinctionem respondet. §. X. Ddres etiam tribuunt 4) privilegium de non reconveniendo, de quo Textoris, Barboſe & Surdi sententia expendit. 5) de non interveniendo, quod tamen reſtringendum ad casum, ubi interēſſe intervenientis illiquidum eſt. Sic de domino interveniente, & ex actis publicis dominium probante agitur. Cyriaci opinio de spolio loci publici, aut regalium expendit, & D. Heroldi consensu laudatur. §. X. Fatalē probanda huius exceptionis commendatur, ut 6) privilegium. Vnde quindecim diebus circumſcriptum eſſe ex iure canonico probatur, diffensus a iure camerali avertitur, Rulando refutato, cui etiam recentiores cameraliſſe aduersi ſunt, & proinde DN. de Ludolpb testimonium excitatum eſt. Consensu e iure Saxonico circa hoc fatale, & de modo computandi notatur Zanger, ſubiuncto Lipsiensiū ICorum reſponſo. Verus computandi modus indicatur, probatur, & limitatur a partium conſenſu, §. XII. De fatali reprobationis, quod cotidem dierum ſpaſio comprehenſum eſt. Diffensus DN. de Berger & DN. Gribneri de illo vocatur ſub examen. Prior tamen ſententia ut tuor, ita iuri in theſi convenientior, electa eſt, adprobante cam Rivino & Ziglero. Dubium a DN. de Berger motu modeſt evolvitur, & reſponſo Viebergeniū ICorum noviſſimo conſirmatur, quod mecum conſentiant. §. XIII. Fatalis huius probatorii a) obſervatio b) in ea expeditio c) dilatio, qua denegata, & d) Leuteratio non minus, quam adpellatio confeſſa eſt, immo e) reſtitutio, modo impedimentum liquidum doceatur. §. XIV. Circumſtantie probanda ex parte 1) spoliati 2) spoliaria. Modus probandi iuxta, communem opinionem dependet a processu differen‐tia. Sic in Executivo liquida, cuius ratio adiecta eſt; in Ordinario illiquida, uti per teſtes, ad quorum examen, etiamſi cauſa spolii in ſe ſit ſummaria, articuli & interrogatoria ſpecialia admittuntur, & comprobantur Reſponſo Facultatis Iuridiæ Lipsiæ recentiſſimo. Boërii error caſtigatus. De reo, per teſtum rotulos exceptionem spoliis probante agitur contra D. Rivinum, cui ex diſtinctione circa iudicis ſententiam obſer-vata repondetur. §. XV. De modo probandi exceptionem spolii per delationem iura-menti triplex ſententia adfertur una adfirmantium, altera negantium, tertia dubitan-ium: e quibus prima uti iuris analogie convenientiſſima eſt electa. §. XVI. Electioni ſubiecta eſt formatio ſtatut controverſa huius ſententiae ex variis, que premissae fuerunt circumſtantie. Vnde ſequitur, delationem iuramenti ſuper exceptione spoliis protinus an neclendam eſſe, eamque a iudice in ferenda ſententia omissam adpellatione, aut leuteratione

SUMMARIA.

tione, reparandam §. XVII. Adfirmantium sententia probatur, querum (1) argumentum a regula peritum, quam L. 3. §. 1. D. de iure iur. exhibet. Qua occasione D. Heroldi conciliatio, quam pro negantum opinionem suscepit, una commendata est. §. XXX. (2) a probandi modo in causis summaris, quibus causa spoliis accenseatur. Clementis V. Pontificis clem. 2. de V. S. laudatur, iuramenti delationem exigentis in causis modo adductis. An relatio iuramenti & defensio conscientiae locum habeat circa exceptionem spoliis iuramento probandam? decisum est. Formularum quarundam in delatione iuramenti secundum ius Saxonum declaratio §. XIX. (3) a qualitate huius probacionis, que sit per delationem iuramenti. Cum ergo ambages repudiet, in Ducatu Magdeburgico admissa est in Processo executivo. Olim quoque in Saxonice iudicis obiunisse ex Hartmanni Pistoris & Modestini Pistoris testimonio liquidum esse videtur. Et iure Holsatico in Processo obstatii locum habere preiudicio quodam confirmatur §. XX. (4) ab effectu iuramenti iudicialis, quod vim transactionis habeat. Carpzovii sententia confutatur, & quod sibi ipsi contradixit, per exceptionem charta blanca ostenditur, in qua delationem iuramenti permittit reo. Dubium, de exceptione spoliis minus liquida, ad reconventionem remittenda, distincte solvit. §. XXI. (5) a modis, quae ex adfirmantium sententia proveniunt. Ut proinde Zanger & Maller notaverant, a legitima probacione excludente delationem iuramenti. Quibus responsum est partim ex L. 25. §. 9. D. de probat. partim ex distinctione inter probationem ordinariam & subsidiariam, itemq; quod delatio iuramenti iure canonico liquida, sed Saxonice minus talis esse videatur. Cautele etiam datur spoliato, ut mutuum accipias a spoliatore, cuius interventu per exceptionem spoliis absentes recuperaret. §. XXII. De modo ac tempore deferendis huius iuramenti, necessaria & reperissio & admonitio addita est, una cum formula sententia eidem accommodata. Qu. An index ex officio iuramenti huius delationem supplere debeat? §. XXIII. Differentes in duas classes divisae sunt: quorum alii ne in ordinario quidem ut Lipsiensis ICi, alii ab executivo tantum, ut Vitebergensis probationem exceptionis spoliis per delationem iuramenti excludant: est illus. DN. a Berger in contrariam sententiam prouior esse videatur. Qua occasione L. Br. a Lyneker restriktio Ordin. Processi Magdeburgici notatur. §. XXIV. Ex argumentis differentium est primum, quod iuramentum probet presumtive. Resp. Per distinctionem inter spoliatorem civiliter & criminaliter spectatum. Falsa hypothesis indicatur, & ex iure canonico confutatur. Servato simul discrimine de iuramenti huius delatione circa ius communis & Saxonicum: sam in modo, quam in effectu: ut illo liquida, ita hoc illiquida est probatio. Thoma Aquinatis testimonio concluditur. §. XXV. Ad alterum, quod a dolo peritum Carpzovii & Zipfeli qui kastiat; Sic Carpzovius ab ipso successore Schowenderda affero confutatur. Datur quoque instantia ab actione depositi directa, iudicium Brunnemannus hac in re laudatur, repetita distinctione inter spoliium civiliter & criminaliter spectatum. Neque spoliium omno dolo committi ostenditur, ac tam ob causam D. Homborgii sententia refutatur. Denique Carpzovium frustra ad Guiliam provocasse, ex eodem declaratur §. XXVI. Teritus a causa facta accesserit, in quibus delationem iuramenti locum non habere, ratus est Carpzovius. Resp. Ex claris legum textibus, qui Carpzovio adversantur. Deinde iure Canonico sententia nostra confirmatur. Porro fallacia consequentis arguitur, quod defectu relationis deduxit ad defectum delationis. Tum sibi met ipsi opponitur, quando delationem iuramenti in hunc causam rursum admissit. Denique non petitur a reponere, qua spoliatori instigenda, sed tantum resistitio res spoliatae. §. XXVII. Quartum a periculo, ne processus executorialis eludatur. D. Bornius non minus, quam D. Hornius, repeterunt. Resp. Ex favore spoliantis, a difficultate invenienda probationis liquida, quod pleraque

SUMMARIA.

spoliis claram committuntur: quibus detegendis delatio iuramenti maxime congruit. Datur quoque instantia ab exceptione legitimatis. Distinzione inter ius Saxonum et communem dubii huic decisio finitur §. XXXIX. Quintum a delatione iuramenti post literam contestatam super exceptionibus rei D. Schwendendorff deauxit. Resp. Vniuersale hoc minime esse ostendit. Deinde delationem talem iuramenti & indolit & fin eius exceptionis; qua de spolio agit adversari. Locis ex ordinatione Processus explicatur. & ad peremptorias exceptiones spectare, indicatum est. Differentia iuriis Romani & Saxonici etiam hoc in dabo obseruat. §. XXIX. Sequuntur aliquocausus speciales. Quoram 1) de spoliis in probatione exceptionis ordinaria deficiente, cui iuramentum adhuc deferre licet. Lex u. C. de R. C. qua obstat videbatur, resoluta. & in argumentum a contrario sensu conversa est. Impedimentum vero a sententia indicis per distinctionem declinare licuit §. XXX. Cas. (2) de spoliis, probationem exceptionis sua per iuramentum supplente. Cuius decidendi causa varie circumstantiae considerantur, exemplum medium proferantur, applicatio ad Processum exceptionis ex Ord. Process. Magdeburg. laudatur. Atque ut sententia non interlocutoria, sed definitiva, spoliatorum iuramentum decernatur, inveniatur est §. XXXI. Cas. (3) de succubente reo circa probandum spoliis exceptionem ex ipsa cellum contradictione. Quo casu quod in exceptione amissione spoliis petere valer. Rationes huius decisionis cum iudicio Pontani adlata sunt. Caustola cumulatione petitorii cum possessoro exanimatur, & Polbii circumspectio commendatur. §. XXXII. Cas. (4) de auctore, qui obiecta fisi exceptionis spoliis, & delato super ea iuramento, nisi renunciavit. Quo facto auctor quidem ab exceptione spoliatorum liberatur per rationes & responsa Helmstadiensem ICorum, non tamen ab actione, quod probatur ex cap. 18. X. de restit. spoliis. Menochii sententia de pena spoliatoris paenitentis sub examen vocata est. §. XXXIII. Cas. (5) spoliatorem sicut eodem damnatum, sed in restituendo consumacem, cuius gratia ad iuramentum litis spimatorium spoliatus admittitur, tam secundum ius Canonicum, quam c. 11. Iure vero Saxonico iuramentum ministrantis spoliatori hoc in casu rovari potest. Curiosa explicatio eius, quod in continentia si ex Tiberio Deciano allegatur §. XXXIV. Cas. (6) de auctore moriente post delationem iuramenti super exceptione spoliis factam. Vbi mortem auctoris esse loco iuramenti, si conditione, ab acceptante illud observata, & reus in mora fuerit, quo minus praefaretur. Qua occasione D. Praef. sententia sua cunctias adversas D. VVerhnerum addidit, easque D. Bornii testimonio comprobavit. §. XXXV. Cas. (7) de spoliatoriis herede, quousque sibi exceptio spoliis opponi, & iuramenti delatione onerari queat, traditur. Dubium de delicto in heredes non transente solvit, modo praestandi iuramenti simul expresso, & demonstrata huius decisionis convenientia cum iure naturali. §. XXXVI. Cas. (8) Cessionarius occurrit tam spoliarii, quam spoliatoris: de priore certa est decisio ex regula iuris; de posteriori adhibita est distinctio inter cum, cui bona, & cui mala fide facta est: hic mala fide sua successio in vitium spoliatoris tam reali, quam personali, ideoque adversus eum qualibet iuriis remedia obtinet; ille tenetur pro vitium reali. & a personali se liberat per praestationem iuramenti; differentia inter utrumque cessionarium remanente in restituzione fructuum vel spoliata. Qua circa praestationem iuramenti eriam inter ius c. 11. & Saxonum attentus est. §. XXXVII. Decisionem hanc impugnat Hartmannus Pistorius, ratus contra cessionarium, ut pro successorem singularem, locum habere non posse exceptionem spoliis. Dubio, quod ex cap. 1. de restit. spoliis, in G. movere, respondetur, itemque E. 7. D. de VI & vii armaz. & aliis, quas obiectis rationibus in §. XXXVIII. Cas. (9) Colonus exhibuit, a locatore suo absq; infra causa locato pradio detectum. Cui exceptionem spoliis una cum delatione iuramenti applicari posse tam rationibus evincitur, quam novissimo Lipsiensi ICorum responsu illustratur. §. XXXIX. Cas. (10) de predone agit, adversus spoliatorem restituendo, & sub distinctione quidem resolutior, addita tamen exceptione contrario spoliis, ana cum applicatione eius. Conclusio enim exceptione subiuncta est in §. XL.



DISSERTATIONIS
DE
PROBANDA EXCEPTIONE
SPOLII PER DELATIONEM
IVRAMENTI.

§. I.



Polium, quod exceptionem hanc non constituit modo, sed ab aliis, quæ diversi generis sunt, etiam distinguunt, varium est. Iure vario, quo in Republica homines utuntur, id ipsum exigente. Militari itaque iure est actus *permisus*, quo hosti res suæ mobiles auferuntur. Quem enim in persona lardere, multo magis in rebus, licitum erit. Postquam se professus hostem, simul indignum se ipsa *rērum possessione* declaravit, atque ius adversus se in infinitum dedisse, visus est. Auferuntur autem illæ res vel in actibus belli *publicis*, ut in expugnatione urbis, aut castrorum, vel in actibus *privatis*, quoties excursiones, pabulationes aliquæ actus instituuntur. Priore casu belli *domino* debetur spolium, quia huius iure, mandato ac sumptibus geritur, nec militibus alia, quam *exsecutionis & obsequii* gloria relicta est. Nequeunt sibi, sed *domino*, adquirere, cui operas militares pro stipendio locaverunt. Adeo, ut milites spolium sibi applicaturi, criminè *peculatus* rei fiant. Modestinus in L. 13. D. ad L. Iul.

A

pecul.

pecul. Hugo Grotius de I. B. & P. Lib. III. cap. VI. §. XXI. Neque enim capientibus alias cedere potest, nisi prius duci tradatur, qui dividit illud inter milites pro singulorum meritis. Conf. Georgius de Cabedo, ICtus Hispanus, in P. II. Dec. LXXXIX X. tot. Quamdiu *promiscua* permissa non est *direptio*, quam rarius concedi, ipse Hugo Grotius fatetur I. c. §. XVIII. Posteriori casu videndum an *mercenarii* sint, an *gratuiti* milites: hi ad *raptum* remissi, operas suas *spolio* capto penfant; illis convenit *stipendio* contentis esse suo, *bona fides* non ferente, ut idem bis petatur. Gajus in L. 57. D. de R. I. Ad quemcunque vero casum quis respiciat, in eo *spolii* exceptionem locum habere non posse, statim intelliget. Ridiculum plane foret *belli domino*, aut alicui *ducum* suorum, qui *lytrum incendiarium* urbi indixerint, a civibus eius talem opponi exceptionem. Hoc obtentu, quod cives in variis conflictibus *spoliū* passi, bonis suis exuti fuerint. Vbi enim *bellum* seruet, ibi *iudex* eiusque remedia *iudicaria* quiescent. Controversia hæ sunt, quæ Martem habent arbitrium, non leges civiles, ut præ armorum strepitu audiri nequeant. Conf. Hug. Grotium in Lib. de I. B. & P. Proleg. §. III. Neque *capto*, & paullo post *fide habita* diuiniss., *exceptione* prodest *spolii*, ne *lytrum* semel *conventum* solvat. Nam exceptio illa presupponit *spolium* aliquod *illicitum*, quod hic deficit. Belli tempore, cum miles *spoliat*, iure permittente adversus hostem hoc facit, cui iniuriam inferre non potest. Aliud dicendum erit de *spolio*, quod bello, in *amicos* suscepito atque extenso, ablatum est. Quo modo id recuperari queat, expendit Joachimus Bürger in Observat. Iur. Milit. Cent. III. O. XXV. & Illustr. DN. de Coccei in Disput. de Bello in Amicos §. 8. seqq. §. 36. seq. A processu non dependet illius restitutio, sed a *pacto*, *repressaliis*, aliisque summorum imperantium & liberarum gentium auxiliis. Expeditum ergo est, quod procul ab instituto meo abeat *spolium*, quod *militare* vocatur.

§. II.

Quodsi statu *militari* missio, ad *civilem* conversus, *forum* ingredior, non minus in hoc frequentes, quam in illo querela *de spolio* audiuntur. Diversa saltim ratione, de qua §. I. dicitur, haut leve discriminē pariente. Quod enim *duci*, aut sibi subiecto *militi*, tempore belli & necessitate rerum urgente licet, id non *æque iudici*, vel *parti litiganti*, permissum esse potest. *Iudex* ergo toties *spolio* fit *reus*, quoties *via facti* procedit, aut

aut minimum, quæ nulliter decrevit, paulo post exsequitur, utrobique officio ac potestate sua abusus. Conf. Tit. Cod. de pena iud. qui mal. iudic. Paris de Puteo, Neapolitanus ICtus, in Tr. de Syndicatu, Tit. de Executio-
nibus iniuriosis tot. Perinde vero est, sive lis in iudicio suo mota, sive ad superiorum devoluta fuerit. Præterquam quod execu^tio, pendente ap-
pellatione attentata, spolium longe gravius illo esse videatur. Neque enim solam gravat partem, sed in manifestum iudicis quoque superioris
concentum cedit. Quod ipse Robertus Lancellotus, Perinus ICtus, in
eximia opere suo de Attentatis P. III. Cap. XXIV. Qu. I. n. 42 seqq.
pluribus demonstravit. A qua tamen spolii imputatione, nec zelus iusti-
tia, nec cap. cum olim, 12. X. de sent. & re iudic. iudicem liberare potest.
Nam laudato illi zelo convenit, & ordinato, & tempestivo esse, ad quem
iudex semel electa via facti provocare nequit. Maxime quod nihil de-
cedit spolio, etiamsi non ex dolo, sed ex imperitia tantum, vel intempesta-
va misericordia proventiat. Vid. infr. §. VI. Pontifex autem in cap. cit.
casum specialem exhibet, quo Ecclesiasticum officium alicui subreptitio
collatum est. Cum igitur de subreptitia illa collatione, sunt verba Pon-
tificis Maximi, liquido constaret, ab ipso absente circa præcedentem cita-
tionem revocatum fuit. Nulla specie spolii emergente, ubi notorie iniu-
stus aderat officii possessor. Accedit, quod si index alicui possessionem
auferat, eo non citato, spoliatus a superiori de facto fine citatione, re-
stitui possit non solum, sed etiam debeat. Lib. Br. de Lyncker in Tr. de
Gravaminibus extrajudicial. P. II. Cap. III. §. VII. n. 10. & Andreas Gai-
lius L. II. O. LXXVI. n. 13. seqq. Ex dictis interiu, ac vindicato casu,
spolium iudiciale omnino illicitum esse, satis adparet. Quominus vero
ad argumentum meum pertineat, multa impediunt. Primo animum in-
duxi meum non de spolio iudicis, sed partis tantum agere. Deinde cum
iudice de spolio contendere, ut regulæ quidem iuris adintant, tamen re-
gula prudentia vetare videntur. Vid. Illust. D.N. THOMASIVS in
Dissert. de indice male iudicante. tot. Denique spoliato supplicandum
est superiori pro restitutione, qui convenientioribus remedii iudicem,
quam actio, aut exceptio spolii est, adigere poterit. Atque eo spectant
iure communi mandata & interdicta restitutoria; iure camerali ea man-
data, quæ sine vel cum clausula emanant, ut circumstantiae ipsæ exigunt.
Conf. Lib. Br. de Lyncker in Tr. cit. cap. IX. P. II. §. XLVI. tot. Petrus
Friderus in Lib. II. de Mandat. cap. LVI. Io. Försterus in Tr. de

A 2

Process.

*Process. Cameral. in Tit. de mandat. cum & fin. clausul. P. III. seqq.
Iacobus Menochius de Recuper. Poss. Remed. VIII. n. 10. u. & 12.*

§. III.

Relictum itaque est meditationi meæ *spolium*, quod a *privatis*, eis que civibus, committi solet. Quo tamen probe inspecto vel *mortui*, vel *vivi*慷慨untur. In *mortuos* verum patrari posse *spolium*, manifesto ostendit *Vlpianus* in *L. 3. §. 7. D. de sepulch. violat.* Qua *L. in pr. ablatorum eo spolio a Prætore data est actio*, quæ *hereditibus* præcipue convenit, quorum maxime interest, defunctos suos non spoliari. *Nihilominus*, iis deficitibus, pro *status publici* ratione inter Romanos, cuivis de populo illa conceditur, pagana religione non parum conferente, ne manes turbentur, sed placide quiescant. Et quia *spolium* hoc vel *armata manu*, vel *sine armis* violatorés sepulchorum suscipiunt: inde accidit, ut illud *capite* puniatur, quia latronum more egisse, ex merito accusantur per *L. cit.* Petrus Theodosicus in *Colleg. Crim. Cap. III. apb. IX. n. 14. seqq.* Matthias Berlichius in *P. V. cl. XLVII. n. 18. seqq.* Tiberius Decianus in *Praet. Crim. Lib. II. Cap. 43. n. 5.* Id vero, quod *sine armis* perpetratum est, *arbitrarie* poena subiecit Iacobus Menochius in *Lib. II. de A.I.Q. Qu. 387. n. 15.* quam D. Io. Volckmar Bechmann in *Vf. Pandect. Praet. ad tot. Obs. I. de relegatione* declarat. Ne tamen lege ipsa mitior esse putetur, opportune adiecit, *nisi propter alias concurrentes circumstantias delictum aggravetur, tunc gladii poenam dictari posse.* Quocumque autem modo se *spolium* hoc habeat, ex eoque sive *civiliter*, sive *criminaliter* agatur, a statu controversiae nostræ exulat. Etsi ab his non penitus dissentiam, qui reum istius *spolii* in causa non minus *criminali*, quam *civili* *iudiciale* *iuramentum*, deferre posse, tueruntur. Matthias Berlichius in *P. II. Dec. CCXCVII.* & Benedictus Carpzovius in *Lib. III. Resp. XLV.* Simplex magis est, cuius probatio per *iuramentum* a *Dibibus* vocatur in *dubium*, quam *qualificatum*. Et, quando de hoc etiam queritur, non adversus *mortuorum*, sed *vivos* perpetratum esse, oportuit.

§. IV.

Nunc dissipatis a me, quæ amplius obflare poterant, ambagibus, *spolium* istud superest, quo *vivi*慷慨untur. Ut controversiae, quæ secutura est, probe accommodari possit, diverso adhuc *sensu* accipendum erit. In generali ac minus proprio notat quemlibet actum, quo *vel sine*, *vel cum iniuria bona alicuius auferuntur*. Sie creditoribus legi tributum,

ut

ut debitores suos, adiuvante *iuris rigore*, ac interveniente iudicis autoritate, fortunis suis *spoliare* queant. Digitum huc intendisse mihi visus est Imperator in §. ult. *Inst. de Actione*. ubi ita *spoliato* debitori, in bonis de novo adquisitis beneficium competentiae indulxit. Neque alium scopum habet actio Pauliana, qua *debitorem*, etiam *exutum* bonis suis convenire licet, in quantum *fraudator* creditorum est: ut non tam *emolumen* intuitu actionis spectetur, quam *pæna*. Venuleius in L. 25. §. f. D. qu. in *fraud. credit*. E contrario tutor, simulac male *administrare* incipit tutelam, in re pupilli *spolium* commississe, recte eius arguitur a Iuliano in L. 7. §. 3. D. pro *emtor*. his verbis: *In re pupilli domini loco tutor habetur, cum tutelam administrat, non cum pupillum spoliat*. Generali huic opponitur sensus *specialis* & proprius, quo *spolium* dicitur ablatio, quæ cum *in iuria* committitur, nihil conducte auferenti iuris *prætextu*. Accidit enim hoc sensu *spolium* toties, quoties re vel iure suo possessor, ab altero contra ius privatur. De quo uberior dicendi occasio, cumpromis §. V. seq. in posterum sese offeret, quo propius ad scopum meum accedit.

§. V.

Et sane *spolium*, in sensu *speciali* acceptum prius iure *Canonic*o, quam *civili* prohibitus esse, legitur, et si ab utroque restitutio eius fedulo urgeatur. Ita enim a Fabiano Pontifice, qui tempore Gordiani Imperatoris floruit, seculo tertio 247. veritum est *can. 2.* quæ prohibitio confirmata est eodem seculo 281. a Pontifice Caio per *can. 1.* post ab Eusebio, qui sub initium seculi quarti in sede Papali eminuit *can. 4.* in primis vero seculo sexto a Symmacho, aut potius Ioanne Pontifice, quem tempore Iustini Imperatoris 522. vixisse ex Platina in *vita eius* innotescit. Is longe celebrissimum ac in foris ubique receptum *can. redintegranda 3. cauf. III. Qu. I.* condidit. Conf. D. Ziegler in *Comment. ad h. canon. Ioan. Baptista Pontanus in Lib. I. de spolio cap. XIII.* Antecessorum suorum vestigia secuti, Pontifices recentioris ævi spoliatis in condendo iure, ceu par erat, preclare prospicerunt, ut res sibi ablatas quantocvys recuperare possent. Digna sunt, quæ hanc ob causam laudentur *capitula varia*, ut Innocentii III. *cap. 2.* & Gregorii IX. *cap. 4. X. de ordin. cognit. Alexandri III. cap. 2. 7.* & rursus Innocentii III. *cap. 13. 15. 17. & 18. X. de restit. spol.* Innocentii IV. in *cap. 1.* & Bonifacii VIII. *cap. 2. de Restit. spoliat. in 6to.* Neque in iure *civili* defunt, quæ prohibitionem *spolii* ostendant. Quod

A 3

ipsum

ipsum cognosci potest ex legibus supra excitatis, aut deinceps §. VI. adlegandis, quas Iacobus Menochius *de Recuperand. Possess. Remed. in Pralud.* n. 39. & D. Io. Wolfgangus Textor *in Disp. de Remediis recuperanda possessionis*, & collegenter & explicuerunt. Cum vero multo uberior apparatus remediorum iuris *contra spoliatores* in iure *Canonico* occurrat, quam in *civili*, eum intuens Guilielmus Redanus in *Tr. de spoliis Ecclesiasticis* una cum Ferrario *in formul. respons. libell. in caus. spol. pos. glos. I.* n. 10. in opinionem hanc pervenit: *Remedia hoc restitutionis*, quæ *spoliatis* in iure *Canonico* promittuntur, duntaxat in foro *Ecclesiastico* pro rebus & personis Ecclesiasticis, non inter laicos & in foro *seculari* locum habere. Enim vero hos abunde refutat, partim comparatio iuris *civilis* cum *Canonico*, quod ad *spolium* attinet, in §. b. instituta; partim regula, quod leges *civiles* non dedignentur, sequi sacros *canones*; partim denique interdictum *unde vi*, quod magnam habet affinitatem cum *remediis*, iure *Canonico* exhibitis, & quæ illi desunt, ex hoc supplentur, puta in *mobilium spoliatorum* restitutione.

§. VI.

Postquam ita sublata est illa difficultas, quæ notionem *spolii* premerre videbatur, ad pleniorem eius declarationem me nunc accingo. Est ergo *spolium* in sensu *speciali*, de quo §. IV. egi, delictum privatum, quo aliquis *sine iudice ac iure alterum invictum possessione sua privat*. Amisso possessionis tam veræ, quam quasi talis necessaria est, quoties *spoliatus* excipere vult, se *spolium* esse paullum. Hinc Innocentius III. in cap. 17. X. de *restit. spoliat.*, istum adseruit *spoliari*, qui possedit. Privatione præsupponente habitum, ut recta etiam ratio omnibus dictavit. Neque ius civile refragatur, *deiecto* idem tribuens *de possessione sua*, Vlpianus arg. L. i. §. 22. D. de *vi & vi armata*, quod ius *Canonicum*, modo adductum, *spoliato* remedium vindicat. Et quanquam res *sacrae*, eique similes, a privatis possideri nequeunt, Paulus in L. 30. §. 1. D. de *A. & A. possess.* nihilominus administrator earum *Ecclesiæ* nomine, si res *sacra spolio ablata fuerint, agere & excipere* debet. D. Io. Brunnemann. *de Iur. Ecclesiæ in Lib. III. cap. VII. §. 8.* In ceteris parum referit, five mobiles, five immobiles, corporales aut incorporeas, res *spoliata* fuerint, iuxta citatos textus *Iuris Canonici* in §. V. & L. 4. §. 4. D. de *vi & vi armata*. Unde sequitur ut is, qui de *iuris* aliquius *exercitus* electus atque exclusus, cuius utendi fruendi,

di, iurisdictionis, decimarum, coquendæ cerevisiæ ac simile est, de *spolio* excipere possit. Modo etiam restitucionem eius, quæ sola in processu *civili* intenditur vid. §. III. minus variante. Perinde enim estimatur si ve *dolo* sive *imprudentia*, aut præcipitania, cum *vi*, aut citra *vim*, *spolium* consummetur. Latius autem hæc persequi prescripti mihi limites non patiuntur. Conf. Io. Baptista Pontanus de *spolio* Lib. I. cap. I. n. 6. & cap. III. tot. Sufficiat pro *vi* reputari, si quis id, puod sibi debetur, non per *iudicem* reposcit, sed *proprio auctu* rei debitoris intrat, & debitum tali modo extorquet. Modestinus in L. 8. D. ad L. Iul. de *vi privat.* Quo respexit Imperator Marcus in L. 13. D. quod met. caus. ubi opinionem Marciani ICti, narrante & adprobante Callistrato, egregie confutavit. Tu, inquit, *vim putas esse solum, si homines vulnerentur?* *vis est* & tunc, *quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit.* Adeo certa hac sunt, ut *vi* factum recte dicatur, si quis contra tam *iuris*, quam *iudicis* prohibitionem fecerit. Quintus Mucius Scævola in L. 1. §. 5. D. quod *vi aut clam* idem in L. 73. §. 2. D. de R. I. & Recess. Imper. de anno 1523. §. 15. Quibus lux affundi poterit sententia, quam Franciscus Niger Cyriacus defendit in *controvers. Iur. CCCLXXXIX.* n. 19. exceptionem *spolii* non admitti, quando non intervenit *vis expulsiva vel ablativa* conf. princ. §. V.

§. VII.

Quamvis non circumstantia tantum in §. *præced. VI.* traditæ, sed iuriū etiam prohibitions in §. V. *spolium* esse verum aliquod delictum, probe evincant. Non tamen defuerunt qui admodum formidolose hoc statuerent, rati, *spolium* saltim ad delictum *proxime accederē*. In quam sententiam seduci fuerunt clausula, in instrumentis *hypothecariis* a debitoribus expressa. Qua concedunt creditori potestatem, daß Er eigenmächtig mit und ohne Recht die verpfändete Güter anzugreissen, und sich bezahlt zu machen soll befugt seyn. Hinc pactum de non agendo *spolio* deducit Robertus Lancellotus de *Attentat.* P. III. cap. XXIV. Qu. 12. n. 2. & 8. & *spoliato* eius exceptionem obstat, præsertim si firmatum sit *ivramento*, sibi aliisque persuadere comatur. Sed ita sentientes gravissime falluntur. Nam Imperatores Severus & Antoninus in L. 3. C. de *Pignor.* nihil moti hac *clausula*, vel *pacto adiecto* pignori, tamen præcipiunt creditoribus, ut *auctoritate iudicis* possessionem eius adipiscantur. Videntur ergo circa pacti huius executionem an debitor, adhuc pignoris possessor,

fessor, *refusat* creditoris suo; an *sponte* sua illud cedat: priore casu *sine iudicis auxilio* ac decreto possessionem ingredi nequit. D. Io. Brunne-mann in *Cent. II. Dec. LXXIX.* Posteriore casu *bona fide* ac *pace* debitoris ingressum & adprehensionem possessionis in pignore sibi promisso creditor expedit, ut *iidem Imperatores* in *L. 1. C. cit. t.* permiserunt. Deinde dari instantia potest ex *simili clausula*, instrumento venditionis saepius inserta, qua venditor le obligat, si forte *vi & de facto* Alusserhalb des Rechters res emta ablata fuerit, se evictionem eatori præstirum. Nihilominus venditorem a præstatione eiusmodi evictionis absolvunt ex Italis Bartolus ad *L. 38.* D. de *V. O.* e Germanis ICtis Vldaricus Zasius ad *diff. L. per L. fin. C. de act. emt. vendit.* Non enim præsumitur venditor, se obligasse ad defensionem contra alterius violentiam. Conf. Ernest. Cothmann in *Conf. XXXIII. n. 147.* & Wehner in *O. Præf. verb. mit und ohne Recht.* Neque propterea pro superflua habenda est illa *clausula* *pignoratitia*, quæ potius indicem permovet, ut intuitu eius per immisio-nem secundum ius commune, Textor de *remed. recuper. possess. §. XI. seqq.* aut per *mandatum sine clausula* secundum ius Camerale, paullo celerius creditoris succurrere debeat. Recess. Imper. d. a. 1600. §. *gleichberges-talt.* Petrus Friderus *Lib. II. de mandat. cap. VII. §. 4.* Calpar Klockius in *Vot. Cameral. XI.* D. Mevius *P. II. D. XLV.* Quod si sub laudata di-finitione Lancellotus intellexerit pactum de *spolio non committendo*, me quoque consentiente inveniet; sin minus, pactum illud, & *obscurum* erit & *illicitum*, quia de *dolo futuro* initum, ac simul adversus prohibitionem *cit. L. 3. C. de pignor.* Cuius gratia a *iuramento* adposito confirmari nequit sed in manifestum iniquitatis vinculum definit. Denique ex §. VI. *præc. adparet spolium committi invito possessore priore;* ubi vero huius *consensus* pacto declaratus est, periculum committendi *spolii* exspirat.

§. IIX.

Singula hæc a me præmittenda fuerunt, cum fundamentum præ-beant exceptioni, de *spolio* conceptæ. Remedium enim iuris est, quod reo competit, ad se tuendum, & elidendam actoris intentionem, ne in *principali causa* procedatur, nec actor prius audiatur, quam sibi *res spoliatas* plene restituerit. Innocentius III. in *cap. 2. X. de ordin. cognit.* & *rot. t. X. de resit. spoliat.* §. 1. *Inst. de Except.* Vlpianus in *L. 2. pr. D. de except.*

except. Io. Oldendorpius *in Syllog. Except. p. m. 84. scqq.* Cum itaque pro indeole sua non tollat, sed saltim differat iudicium, more aliam exceptionum, quæ dilatoria vocantur, ante litem contestatam opponi debet, in primis quod secundum dispositionem iuris Canonici celeritatem sui & decisionem, & executionem requirit. Cœlestinus III. *in cap. 4. X. de Except. & Lucius III. in cap. 10. X. de restit. spoliat.* Sin vero de novo emergat, nihil impedit, quominus etiam post litem contestatam, a reo adhibeatur. Quo tamen casu, ipse reus vel probet, vel *in ramento* in subsidium confirmet, de spolio deinum post litem contestatam se notitiam accepisse. Erenicus Pyrrhing *ad Ius Canon. Tit. de Restit. spoli. §. X. n. 82.* Clemens V. *in clement. unic. de caus. possess. & propriet.* D. Io. Otto Tabor *in Dec. CIII. n. 4.* D. Rivinus *in Spec. Except. Dilat. cap. XLII. n. 11.* Sed cum aliis exceptionibus *dilatoris* commune id habet exceptio *spoliæ*, quæ lite contestata oriuntur. D. Wilhelm Langer P. II. Cap. XXIX. n. 13. D. Io. Brunnemann *in Proc. civil. cap. VII. num. 22.* D. Carpzovius *in Process. Tit. 9. art. 6. n. 28.* Quam ob causam indices non minus in illis, quam in hac exceptione pronunciare soleant: *Dasperne* Beklagter schweren würde, daß er vor der Kriegs-Befestigung von gedachten Spolio keine Wissenschaft und Nachricht gehabt, sondern solches allererst erfahren; auf dem Falle wäre er zu Ausführung dieser Exception, in gebührlicher Frist Rechtens auch nach der litis contestatione zu zulassen, und damit zu hören. Etsi casus hic *specialis*, æque ac aliis, quo exceptio *spoliæ* ad impediendam *executionem* destinatur, uti indicat D. Carpzouius *in P. I. Conf. VI. Def. IV.* in controversiam, a me motam, non adeo veniat. Nam iure Saxonicò quoque expeditum est, ut super exceptionibus *dilatoris* post litem eventualiter contestatam actori *iuramentum* deferre liceat. Vid. *Ord. Process. Saxon. Tit. XIX. §. IV.* & D. Nicolai *ad Proc. P. I. cap. 38. p. 297.*

§. IX.

Neque tamen reo de tempore opponenda huius exceptionis tantum sollicito esse convenit, sed consutum est atque necessarium, ut de modo tam proponendi, quam legitime eam *concludendi*, prudentiam omnem ac diligentiam impendat. Conf. cap. 2. X. de ord. cognit. Ad proponendi modum spectat, ut reus exceptionem *spoliæ* solum adducat, ne, cum aliis *dilatoris* permixta, vim perenitorie induat vid. *infra. §. X.* quæ a iudice post litis contestationem reici solet. In conclusione non minus, quam

B

in

in ipsa propositione usurpanda est circumspetio. Quare petitio eius, qui de *spolio* excipit, semper negative formanda est: *Dat* *Beklagter* ehe und bevor *Kläger* ihm seine Possess völlig restituiret sich einzulassen, zu antworten und den Krieg Rechtens zu befestigen nicht schuldig sey. Quod ipsum quoque adprobat D. Rivinus ad Tit. XI. O. P. S. Enunc. XXXIII. licet subiuncta sententia aliud indigitare, ab aliis, sed perperam, putetur. Non dubia ratione, quia exceptio *spolii* tendit ad *paratam restitutionem rei ablatae*, quam litis contestatio impide nequit, sed tandem suspendi debet, donec petitio rei actor satisfecerit. D. Mevius in P. IV. Dec. LXX. D. Tabor Dec. CXCIV. & CXCV. Illustr. Dn. de Berger P. II. Rep. CL. D. Hornius in Class. XII. Rep. XXII. Secus faciens & affirmativa formans petitum suum reus: e. g. *Dat* *Kläger* vor allen Dingen das Spolium zu restituiren schuldig sey. Non inepte modo petuisse videtur, sed &, exceptione *spolii* minus obstante, in caula principali procedere iubetur. Vid. D. Zanger de Except. P. II. cap. XIIIX. n. 3. Hartmannus Pistorius P. IV. Qu. XIIIX. n. 18. D. Berlichius in P. I. cl. XXI. n. 91. D. Carpzov. in Proc. Tit. IX. art. VI. n. 36. seqq. & P. I. C. VI. Def. VII. Vnde sententia iudicium dianan, *dat* *Beklagter* seines Vorwendens ungeachtet, auf die erhobene Klage sich einzulassen schuldig, &c. Evidenter me non fugit celeberrimum virum, Dn. Consil. Gribnerum in Princip. Process. Iudic. Lib. I. C. II. Sect. V. §. X. & n. (c). amicam iustitiae simplicitatem hic desiderasse, existimantein, utriusque formulæ ob verba vor allen Dingen eandem fore sententiam. Verum, quod pace tanti ICTi dictum velim, quem ex meritis magni astimo, utraque formula & sensu & usu plane diversa est. Nam prior formula, ut iam monui, negativam; posterior affirmativam petitionem in se comprehendit. Quapropter illi sententia iudicis accommodari; sed hæc in ea ferenda negligi solet, qui a posterior confusionem in processu civili parit, quem tamen ordine sue metimus. Cavendum enim est, ne promiscuus utriusque formulæ usus exceptionem *spolii* convertat in actionem eius. Quod periculum confusionis prævidens inclusa Facultas Vitembergenis ideo exceptionem *spolii* male concludentein, anno 1711, mens. Sept. teste Excell. Gribnero in pronunciando penitus neglexit. Atque hinc sequitur, ut propter oppositam *spolii* exceptionem non condemnetur actor in causa principali, quia dilatoria est, ut demonstratum præc. §. IIX. sed tantum cogatur ad restitutionem rei *sponitata*: etiamsi ipse reus petat, ut actor de commissio *delicto* simul puniatur.

tur. Vid. præc. §. III. Sit amica iustitiae simplicitas, sed magis amica erit in foro boni ordinis observantia, quam retinere forensi prudentiæ congruit. Nescio an hoc adscribere debeam. Illustr. DN. de Berger verba ex El. Disc. For. Tit. XI. O. I. n. 4. p. 361. Renunciare exceptioni spoliæ videris, quacunque demum ratione cum actore processeris. Ut igitur huius fructum capias exceptionis, cæendum est, ne cum adversario super alio, quam spoliæ capite contendas. Ut autem hæc Illustr. Vir cum iis conciliet, quæ in Oeconomia Iur. Lib. IV. Tit. XIX. n. 10. tradidit, ipse viderit.

§. X.

Etsi igitur dilatoriam esse exceptionem spoliæ mecum fateantur omnes; nihilominus in effectu ipso peremptorias imitatur, ut anomalis exceptionibus non male adnumerari queat. Privilegia enim varia illi competunt, quæ hoc confirmant, & ea observasse prudentis non iudicis magis, quam Advocati officium exigit. Quorum primum est, ut in quavis iudicij partē opponi, & ipsam executionem sufflaminare valeat, maxime si spolium, quod ad quantitatem & qualitatem suam attinet, in continenti doceatur. Pluribus hoc ipsum a me demonstratum est in §. IIX. ad quem remitto. Alterum in eo consistit, quod aliud non ferat peti-
tum celebris hæc exceptio spoliæ, nisi negative formatum. Cuius neces-
sitatis, tam indicata, quam vindicata est in præc. §. IX. ut repetitione mea supersedere possim. Tertium erit, quod per replicationem de compensando non elidatur. Id vero privilegium tributum est ob paratissimam rei ab-
lata restitutionem, ac dubio procul in spoliantis odium, ne spolium suppri-
matur, nec studium private vindictæ promoveatur, quod optime ani-
madvertit Pontifex Clemens V. in clem. unic. de caus. post. & propri. Ac-
cedit quod Innocentius IV. in cap. i. X. de restit. spoliat. in oto. in medium protulit, causa, cum ait: nec nudi contendere, nec inermes iniunctis nos oppovere debemus, habet enim spoliatus privilegium, ut non possit exui nu-
datus. Ut taceamus, spoliatorem esse specie debitorem, inde etiam repudiari compensationem. Qua de causa Iustinianus Imperator, Ioanni, Pra-
fecto prætorio bene rescribit in L. 14. §. fin. C. de Compensat. his verbis:
Possessionem alienam perperam occupantibus compensatio non datur. Conf.
D. Henricus Hanius ad Tit. D. de compensat. n. X. Iacobus Mæstertius
in Tr. de compensat. Qu. XVII. Sebastianus Medices de compensat, P. E.

B 2

Qu.

Qu. XIV. Neque dimovet me a sententia, dubium a Pontano in L. 3. de spolio cap. III. n. 11. motum, quod *spolium* cum *spolio*, perinde ut delictum cum delicto *compensari* possit. Si in *continenti* hoc fiat, id concedo, iure *defensionis* interveniente, quo vim vi repellere licet. Vlpianus in L. 3. §. 9. D. de vi & vi armata & Julianus in L. 17. D. b. t. Sin ex intervallo *spolium* committatur, nihil impendente *compensatione*, praedoni quoque restitutio facienda est per supr. cit. L. 1. §. 30. D. diet. tit. & cap. 5. & 7. X. de rebit. spol. vid. D. Andreas Dinner in Altorsfin. Conf. LXXIX. n. 32. & 41.

§. XI.

Extendunt quoque Doctores *privilegium* hoc ad *reconvocationem*, quam nec in *spolio* admittunt. Non ob eam tantum causam, quod *cele-rem* expeditionem de-oscat, sed quia etiam *spoliatus* ante omnia restituendus est. At enim temperant id alii de processu *reconvocationis simulanteo*, non de *successivo*: si *restitutioni* iam accelerandæ exinde aliqua *mora* attrahatur; non vero ad *effectum* fundandæ *jurisdictionis* hoc reducere vult D. Textor in *Prax. iudic. P. I. cap. XVII. n. 16*. Deinde ad casum restringunt, quo reus agit de *spolio* ab actore commissio in re, non eadem, sed diversa. Petrus Barbosa ad L. 2. §. Legatis 3. n. 251. D. de iudic. Petrus Surdus Conf. CLXVI. n. 5. Quod pari ratione ad *interventionem* applicant, quotquot *spolium* ab ea eximunt, ne *momentaneum* iudicium proteleetur, quippe quod celerrime expediendum est. D. Io. Brunnemann. in *Process. Civil. cap. XIII. n. 9*. D. David Mevius P. III. Dec. XCVI. Nihilominus si *spoliatus* se restitui petat eo casu, quo *dominus* ipse *interveniendo* dominium suum in *continenti*, e. g. ex actis publicis, probatur, utique restitutio suspendenda est. Bonifacius II. in cap. 2. de *Restit. spoliat. in otio*. D. Mevius P. IX. Dec. X. cum de iure dominii *intervenientis* constare possit, eiusque præ spoliato, iustior sit petitio, iuxta regulam Tryphonini ICti in L. 31. §. 1. D. deposit. quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius persona iustiore repetitione. Probe igitur hic observandum est, *spoliatum* obtainere non posse in possessione recuperandæ possessionis loci publici, & de regalibus, nisi probet titulum, & ius proprietatis sue. Franciscus Niger Cyriacus in *Controvrs. iur. CLXXIX. n. 36*. & 39. Quam tituli iustificationem ut a *spoliato*, qua pollebat so-

rensi

rensi prudentia, circumspecte perfici queat, præscriptis post fata etiam laudandus DN. D. Herold. in *Process. Langii cap. XL l. n. 265.*

§. XII.

Inter privilegia, quæ circa exceptionem *spolii* observantur, nec illud silentio prætervehendum est, quod probationem eius proxime attingit. Etenim *fatale termini probatorii* non minus, quam ipsa *deductio & probatio* huius exceptionis *privilegium* aliquod sapit. Restrictior ideo præscriptus est terminus in exceptione *spolii* probanda, ut iudex restituitionem *spolii* decreto suo maturare posset. Siquidem *spolium* probaturus intra *quindecim dies*, hoc præstare tenetur. Ita præcipiente Pontifice Maximo, Innocentio IV. in *cap. I. X. de Rest. spoliat. in 6to. iuncto cap. 2. & ult. X. de ord. cognit.* ut tamen dies assignatae probationis non computetur in ipso termino. Augustinus Barbola ad h. *cap. n. 14.* & D. Andreas Christophorus Schneyder in *Proc. Iur. Suicivi class. I. cap. XXII.* Neque ius *Camerale* dissentire videtur, perpendenti verba *Ord. Camer. Imper. P. II. Tit. IIX. §. VI.* Sollen in solchen Sachen gemeine *Spolia* belangend, summarie nach Ordnung der Rechte procedieren, und die Rechtfertigung also zum Beschluss befördern. Mentione facta *ordinis eius*, quem iura requirunt, ad *Canonicum* quoque respectus est habendus, quod in summo hoc imperii iudicio, si non præfertur, tamen iuri *civili* æquiparatur. Ut proinde Rutgerus Rulandus a me ad sensum impetrare nequeat, cum de *Commissar. P. IV. Lib. IIX. cap. VI. n. 8.* putaret, in Camera Imperiali id *fatale minus* observari, imprimis quod sibi contradicant novissimi iuris Cameralis interpretes uti Deckherr ad Iacobi Blumii *Process. Cameral. T. XXVII. n. 85. & 107.* & qui hoc tempore omnium maxime floret in summo illo imperii iudicio illustr. Da. de Ludolph in *Comment. ad ius Cameral. pag. 43. n. 24.* ubi claris verbis comprobatur modo declarataam a me sententiam. In specie, ait, in causis simplicis *spolii* observandum, ubi fatalia angustioribus terminis comprehenduntur lege publica. C. Ord. Cam. P. II. Tit. 2. §. 4. & Tit. 28. n. 1. 2. Iure vero *Saxonico* idem terminus expresse receptus est tam in *Constit. Elect. VI. P. I.* quam in *Ordinat. Proc. Sax. Tit. XI. §.* Desgleichen wenn einer. V. Computatione eius fatalis instituenda non a die proposita exceptionis *spolii*, ut visum est Wilhelmo Zangero in *Tr. de Except. P. II. cap. XIIIX. n. 2.* A cuius opinione recedere ICtos *Saxonicos* in pronunciando, ex illa sententia

tia liquet, quam celeberrimus Ordo ICTORUM Lipsiensium, super *dubia* *hac computatione* interposuit præterito seculo anno 1690. mens. Mart. Ob nun wohl solche Exception binnen 15. Tagen, von Zeit anzurechnen als der Bescheid, darinnen die Beweisung auferleget, seine verbindliche Kraft Rechtens erreicht, dargethan und bewiesen werden soll, ic. Quare iuris analogia ita flagitante, quoties pronunciari solet: *Dass Be-Elagter seine vorgeschätzte Exceptionem Spolii binnen 15. Tagen zuerwei- sen schuldig cursus termini probatorii ab eo demum momento, quo sen- tientia prædicta, vires rei iudicatae consecuta est, incipit.* Quem com-putandi modum eo maiori cura ac studio notasse, confultum erat ac ne-cessarium, quod de *turamenti* delatione hic a me agatur. Verum inter omnes ICTORUM Saxonicos indubitatum est, quæ alias poenæ ex anticipatione termini in iudiciis Saxonici oriri queant. De quibus operæ sua pretium dudum penes iuris Saxonici interpretes obtinuit B. D. Ludovici in ele-phant. *Dissert. de Anticipatione termini Saxonici.* Excipitur tamen etiam nunc casus, quo partes litigantes decendum illud anticipant, & senten-tiam iudicis de probando spolio statim adprobant consensu suo, tunc *quin-decim* dierum spatium currit a tempore, quo partes inter se consenserunt.

S. XIII.

Eorundem dierum metis includunt reprobationem, in hoc saltim *dis-ferentia* recurrente, quod *fatale reprobatorium* currere velint; demum ab illo *tempore*, quo articulos probatoriales, aut copias documentorum se-cundum ius commune, actor obtulit. *Illustris DN. a Berger in Elect. D. F. Th. XI. O. I. p. 360.* & hunc secutus Excell. DN. Gribner in *Princip. Process. Iudic. Lib. I. Cap. II. Sect. V. §. X. circa fin.* Tuttior tamen ac ve-rosumilior sibi quoque vila est B. D. Rivini sententia, quam l. c. Enunc. XLVI. explicit ut nempe intra *quindecim dies*, probationi destinatos, articuli reprobatoriales offerrentur. Cum enim terminus hic *legalis* sit ac *peremptorius*, periculum *deserte reprobationis* facile incurret, qui ab alio tempore curliu eius ausit computare. Neque ad rem pertinet, quod secundum ius commune tempus reprobationis currere in ipiat a die *infi-nitæ citationis* pro publicandis attestationibus. Verum aliud est fatale reprobationis *ordinaria*, aliud *extraordinaria* ac *privilegiata*, quæ in causa *spolii* servatur. Alias ordinaria probationis ac reprobationis *via* est, ut *specialiter*, ubi utraque *absoluta* fuit, de ea disputetur inter litigantes quantum.

quantum probatum sit aut reprobatum, & hoc deum factio sententia feratur. Sed talis publicatio & eam secuta disputatio in casu *spolii* prohibetur, celeritate restitutionis illam procul removente. In primis hanc etiam ob causam, ne opposita exceptione *spolii* novus plane processus instituatur, qui satis prolixus & causae principali extremo foret impedimento, quod tamen actori inevitabile evaderet. Conf. D. Caspar. Zigler in *Comment. ad O.P.S. Tit. XI. verb. ohne fernere Citation und Disputation.* Ratione huius habita corruit, quod Illastr. DN. de Berger pro opinione sua l. c. attulit cum *actori reprobaturo* denegari non possit, quod *reο excipienti* conceditur. Sed vir summus, quanta est erga omnes humanitate, veniam mili dabit, a se non *sine pregnante causa* dissentienti. Nam diserta & clara sunt verba *Ord. Proc. Sax. Tit. XI. §. würde auch - jedoch daß es alles intra terminum präfixum, pari passu geschehe.* beyderley Beweis zugleich einbracht werde. Quibus *præcisæ* *tidem* quindecim dies, non *totidem alii*, eique numero saltu prioribus similes intelliguntur. Maxime si perpendam, actorem, *spolio commissio*, se tanto favore reddidisse indignum. Et in *cod. §. II. cit loc. exclusa* esse videtur hac interpretatio verbis finalibus; und zu keiner unmöthigen weitläufigkeit anlaß gegeben werde. Ne id urgeam, quod ubi partium iura obscura sunt, *reο magis*, quam *actori* favendum sit, Vlpianus in L. 41. §. 1. D. de R. I. Quam sententiam inclutum ICtorum Vitebergenium ordinem tenere, ex Responso de a 1712. mens. Iulii apertum est: *Daraus so viel zu befinden, daß juförderst Beklagter das fol. 6. angegebene spolium büssen* *ist.* *Tagen, Klägers Gegen-Bescheinigung, Eydes Delation und andere Rechtliche Nothdurstßt, in eben mäßiger Frist, vorbehältlich zu bescheinigen verbunden.*

§. XIV.

Propterea vero non putandum est, terminum *spolii probatorium adeo exakte observandum*, ut intra hunc perfecte consummari debeat probatio, veluti sentiunt, qui verbis inhaerent cap. 1. X. de restit. *spoliat. in 6to.* Reinhardus Rosa ad Daniel Möll. ad *Constit. Augst. VI. P. I. n. 8. aliqui.* Sufficit, intra illum terminum articulos probatorios cum directorio & nominibus testium, nec non documentorum copias quibus *spoliatus* probare vult, a se offerri. Neque necesse est, ut testes iurato recepti, examinataque, nec documenta ad recognoscendum producta *recognitaque* fuerint. Nam in *ordinaria* probatione nihil amplius desideratur,

ratur, nedum in causa *spolii* quam suminariis accenset D. Brene *de causis Summar. P. Spec. I. c. V. voc. spolii p. 17.* Quo fine in cit. ord. P. S. Tit. XI. §. V. diserte id inculcatur, innerhalb 15. Tagen zum wenigsten seinen Beweis. Articul sancti Nahmen der Zeugen und Urkunden übergebe. Iacob Schultes in Ob. Pr. XXIX. n. 3. D. Carpzovius in Proc. Tit. IX. art. 6. n. 4. & in P. I. C. VI. Def. 3. Perquam enim difficile est, intra terminum tam angustum plene probationem *spolii* absolviri: Unde potius illum adiuvari, quam restringi, par est, rescribente ita Anafasio Imperatore in L. 21. in f. C. de heret. & Manich. Quare interest eius, cui probatio *spolii* præcepta, ut currente adhuc termino prorogationem petat. D. Berlichius in P. I. cl. XXI. n. 90. D. Schwendendorfer ad Proc. Fibig. L. I. c. 2. m. 3. §. 9. n. 193. Hac sibi denegata a indice, & sine iusta quidem causa, nec reo, per leuterationem, vel adpellationem, terminum probandi *spolii* prorogare, vetitum est, uti præclare deduxit supra citatus Daniel Möller l. c. n. 4. Sin vero ob subitanum aliquod impedimentum legitimum, notorium tamen aut liquidum, terminus ille probatorius plane elapsus sit, nullus dubito, quin reus restitutionem in integrum adversus lapsum huius fatalis, brevi manu impetrare possit, secundum ea quæ latius exposuit. DN. D. Præles in Disp. de Restit. in integrum brevi manu adversus lapsum fatalium in Processu civili §. XXV.

§. XV.

Hactenus de fatali probandi *spolii* termino. Nunc de circumstantiis dispiciendum, quæ in probationem veniunt. Dependent illæ ex superiori §. VI. ut a parte *spoliati* certa possessio, & a parte *spoliantis* improba deiection & ablatio, per tradita a D. Mevio P. VII. D. CLIX. & Stephan. Gratiano Discept. Forens. c. DXXIV. n. 26. Reo itaque convenit probare, quod possederit tempore *spolii* res & in ea, sibi ablata ac intercepta, & quod fuerit *spoliatus* ab eo, qui contra se actionem movit. Mascalcius de Probat. cl. MCCXIX n. 18. seqq. Gaius Lib. II. O. CLII. D. Herold ad Process. Langii cap. XLI. n. 267. seqq. Etsi cir. umstantiae illæ in se certæ sunt, non tamen modi probandi, qui ad eas nunc applicandi sunt, carent difficultate sua. Quam distinctione five ipsius Processus, five decretorum iudicis, expediti posse, minimum ex communione opinione confido. Reus enim, exceptionem *spolii* contra actorem oppositus, ab hoc convenit Processu aut executivo, aut ordinario. In executivo, quem

quem ex *instrumento guarentigato* suscepit actor, aliter ex communi opinione reus exceptionem *spolii* probare nequit, quam *confessione & documentis*. D. Matthias Cöler in *Process. Exec. P. IV. c. II. n. 23.* D. Carpzovius *P. I. Conf. VI. Def. 2.* & *conf. IX. def. 24.* Causa est in promptu, ne adhibita testium probatione actor per *indirectum* ad processum ordinarium seductus, *parata* excidat executione, quam instrumentum *guarentigatum* sibi promittit. Sin ordinario processu experiatur actor, indubitatum est, reum in exceptione *spolii* probanda *testibus* uti posse, more suo prolixius defendit D. Carpzovius in *P. I. C. VI. Def. 3.* & 5. Ita quidem, ut reo etiam *articulos probatorios* desuper formare atque exhibere, & actori ad eosdem *interrogatoria specialia* offerre licet, ceu monet, D. Rivinus in *Spec. Except. dilator. cap. XLI. n. 6.* Cum igitur reus N. N. contra actoris N. N. interrogatoria protestationem interponeret, Facultas iuridica Lipsiensis ita respondit an. 1722. mens. Iun. *Dass Beklagtens Suchen (dass Klägers Interrogatoria nicht admissibel wären) nicht statt habe, sondern Kläger bey dieser exceptione spolii probanda mit seinen Interrogatoriis zugelassen, und seynd die Zeugen darüber mit zu vernehmen.* Neque hic calculum addo Nicolao Böerio, Neapolitano ICto, in *Dec. CCXCV. n. 7.* probationem *spolii* per testes removenti. Præterquam quod *extra item meam* suggillat hunc probandi *spolii* modum, parum quoque expendit Böerius, in negotiis forensibus tantam vim & autoritatem habere *testes*, quantam instrumenta, uti ad populum rescripsit Constantius Imperator in *L. 15. C. de fid. instr.* Id quod *iure Saxonico* pariter receptum esse iu probanda exceptione *spolii ex præced.* §. XIV. manifestum est. Remanente saltim hoc scrupulo, qui animum prudentis causarum Patroni adfligit. Scilicet an reo permittatur, quoties *testibus* useris est in exceptione *spolii*, pro illa demonstranda in continentis offerre queat iudicii *rotulos testium*, super examine eorum, siue præcedente producti citatione confessos. Quos reo sufficere, negat D. Rivinus l. c. & præiudicis & Scabinati Lipsiensi corroborat opinionem suam, cui poena *deserta probationis* in tali casu adnexa est. At enim ex *tenore iudicis sententiae dubium* hoc dissipari potest. Si igitur reo præcepta est *probatio Beweiss*, rotuli non conducunt, quod largior D. Rivinus ad *Proc. Sax. En. XLI.* quia sententiae iudicis non faciunt satis, quæ stricte implenda erat. Sin *demonstratio, Bescheinigung*, super exceptione *spolii* decreta fuerit, rotulos obtulisse, quis reo vetuerit? Præsertim

C

quod

quod hoc casu actori *remonstratio*, aliaque iuris beneficia reservantur, conf. Illustr. DN. de Berger in *Eleg. Discept. For. Tit. XI.* p. 360. Et demonstraturo, causam suam utcumque probam reddidisse, in foro permisum est, suspensa interim *legali* illa *solemnitate*, qua pars adverfa ad vindendum iurare testes citatur. Conf. Fridericus Philippi in *Disp. de demonstratione*.

§. XVI.

Nonnullos merito subeat mirari, cur nondum sermonie meo attigerim illum *probandi modum*, quo spolium actoris *conscientie* a reo committitur, intercedente *iuramenti* delatione. Quibus in notitiam omnino perferendum, me magna circumspectione tantos ICtorum, non singulorum minus, quam integrorum quoque collegiorum fluctus, circa hunc *probandi spolii* modum prospexit. Cum vero inter tot dissentientes, quorum alii negant, alii affirmant, plures adhuc dubitant, quod B. Brunemann accidit in *Proc. civil. cap. VII. n. 22. in fin.* haut exiguae opera sit, *sententiam eligere, & foro & vero convenientiorem*, ideo fundamenta hæc paulo solidius præfuruenda fuerunt. Etenim *sententia illa*, qua ex rationibus, ab ipsa *iuris analogia* erutis, satis abundeque evincatur, *reum exceptionem spolii per delationem iuramenti* probare posse, multis involuta erat ambigibus. Quarum evolutionem ut premisi, ita iusto ordine repetam ea, in quibus sententia seinel electæ cardo veritutis. Sic credo futurum, ut omnes, quorum interest hæc nosse, statim perspiciant, me non litigandi pruritu, sed ex sola veritatis propensione ac studio, *affirmantium castra sectari*,

§. XVII.

Dum ergo firmum stat animi mei propositum, in posterum tueri, exceptionem *spolii* a reo etiam probari posse per delationem *iuramenti*. Probe considerandum erit, me acturum non de *militari spolio* per §. I. excluso, sed de *civili*; remoto tamen *publico* per §. II. & tantum admisso *privato*, non in *mortuos*, sed *vivos* commissio per §. III. eoque *simpli* magis, quam *qualificato* per §. IV. & proinde *civilis*, non *criminali* processu contra spoliatorem instituto cit. §. III. preluciente canonico potius, quam *civilis* iure per §. V. utrinque spolium, ut *verum* delictum, tam *dolo*, quam *culpa* commissum, in disputationem venit per §. VI. & VII. ubi vero non tam *actione*, quam *exceptione*, eaque rursus *ante litis contestationem*,

tionem, quam ea pendente, opposita sit, qua eius restitutio petitur per §. IIX. imprimis, si petitio secundum artis regulas recte concepta fuit. per §. IX. Etsi dilatoria hac sit exceptio, nihilominus ob varia privilegia, qua ipsi convenient, peremotorias imitatur, eas quidem, qua litis ingressum impedit videtur per §. X. & XI. Quibus præterea fatale probatum, æque ac reprobationis adnumeratum est, quod maturandæ congruum restitutioni, arctiore spatio definitum est per §. XII. Quod actori maiore cum cura observandum erit, quam reo, quoties ad reprobationem se præparat, aut quod huic controversiæ conformius esse videatur, conscientiam defendere probatum desiderat. per §. XIII. & XIV. Quam ob causam interest rei, ut spolium de quo iuramentum defertur, ratione temporis perinde ac qualitatis rerum ablatarum describat, quo exinde constare possit, utrum res adhuc sit integra, ut deferre liceat iuramentum super exceptione spolii. Remotis enim aliis, probandi spoliis modis per §. XV. illi unice iam insistendum erit, per præced. §. XVI. quo iuramentum iudiciale defertur actori. Sub hac autem cautione a reo fiat delatio eius, ut in primo termino, quo reus comparuit, ac se spoliatum esse excipit, protinus subiiciat exceptioni sive delationem iuramenti: Daferne Kläger wider alles Vermuthen das von ihm e. g. an Heu, Holz, &c. begangene Spolium verneinen solte, wolte ihm Beklagter hiermit solches in sein Gewissen geschoben haben, dasselbe mit einem Eyd darüber zu eröffnen. Neque eam duntaxat in Processu ordinario admittenda esse. Conf. Seq. §. XIII. & §. XIX. existimo, sed secundum ius communne in executivo locum habere, conf. seq. §. XX. & §. XXI. deinceps quoque ostendam, ubi a dissentientium argumentis simul vindicatum dabo. §. XXVII. Minime omnime retrahit, quod reo a iudice iam præcepta fuerit probatio, da ihm Beklagten die vergeschüste exceptio spolii wie Recht zu erweisen ist auferlegt worden. Quem enim fugit, delationi iuramenti locum superiore, ubi decreta probatio, quia hæc ordinaria, illa subsidiaria via, ad implendum iudicis decretum utraque perducit L. 25. §. 3. D. de probat. Vnde hoc casu suasor essem reo, ut repugnante iudice, extra Saxoniam adpellatione, in ea leuteratione, sibi consulat, ac defectu probatum se onerante, illo remedio recursum ad iuramenti delationem sibi aperiat. Quemadmodum iura cum sensu imbecillitatis humanæ intelligenda sunt; ne partes litigantes ulla iuris subtilitate graventur. Conf. §. XV.

§. XIX.

Cognitis non minus, quam selectis circumstantiis singulis, quæ probanda exceptioni *spolii* per delationem *iuramenti* inserviunt, rationes nunc proferenda sunt, quæ id animis nostris persuadeant. Quarum prima, quod in omnibus iudiciis, actionibus & exceptionibus, quamdiu expressæ non reperiantur exceptæ, delatio *iuramenti* locum habeat. Sic Vlpianus in L. 3. §. 1. D. de iure*ciur.* inquit: *Quacunque actione quis conveniatur, si iuraverit, proficiet ei iustinandum.* Iam vero, qui talen regulam pro se habet, ille intenzionem habet fundatam, donec ulla exceptio doceatur. Etenim eodem Vlpiano iudice per L. II. §. 3. D. cit. t. perinde babetur, quod *iuratum est, atque si probatum esset.* Quia legum perspicuitate motus celeberr. D. Heroldus in *Processu Langii cap. XL I.* n. 276. enarrata prius Lipsiensium Iureconsultorum sententia, de exceptione *spolii conscientie* actoris non committenda, tandem subiicit mentem de hac re suam l. c. n. 277. Quod verum putet, si *criminaliter*, & ad pœnam infligendam, agatur. Secus si *civiliter* a reo excipiatur, eiusque petitio solum dirigatur ad recuperationem rei iniuste aut vi ablatæ. Quo casu non actorem modo, sed potissimum quoque reuin cum *delatione iuramenti* audiendum esse. Conferantur, quæ superius dicta sunt §. III. & alibi §. XVII. inculcata, cur in re nota ego verba perdam, non video.

§. XIX.

Altera ratio, quod in summaris causis delatio etiam *iuramenti* solum habeat, quibus spolium pro ratione scopi fui, ad quem tendit, connumerandum esse, putavi §. XV. Et quando Pontifex Clemens V. in *element. sepe contigit 2. de V.S. iudici præcipit*, iuxta modum procedendi a se præscriptum deminuere lites, eius causa delationem *iuramenti* præ ceteris conniendas videtur. Nulla enim via facilius ad finem litis pertingere licet, quam *iuramento* parti adversæ delato. Is vero, cui delatum est, aut *præstat* iuramentum aut *recusat*. Conf. Pontificis Honorii III. cap. fin. X. de *iure*ciur.** Si prius pro præsente instituto, actor a *spolii* imputatione absolvitur; si posterius, vel *causa* recusationis caret, ac proinde litem amittit ex decisione Iulii Pauli in L. 38. de *iure*ciur.** vel aliquam recusandi *iuramenti* causam habet, quam sine *altiore indagine* examinare fas est, si consilia adhibeantur, quæ optime suppeditavit B. DN. D. Lauterbach in *compend. Pandect.* in *Tit. de iure*ciur.** p. 13. Neque *relatio*

latio iuramenti moras iniicere potest, quia in exceptione spolii defertur actori super factum proprio, ubi illa penitus exulat. Vlpianus in L. 34. §. 8. D. de iure iur. Cum iniquum sit, *de alieno factu alium iurare*: Is ergo iurare cogitur, qui amovisse dicitur. Idem in L. 11. §. 2.3. D. de act. rer. amot. Vnde absurdum, quod Iulius Paulus elicit in L. 12. D. h. t. infert circa relationem iuramenti, que lasso a fure fieret, accommodari pari ratione potest ad spoliatum. Sicut enim illi, qui furti agit, si ius iurandum referretur, ipsum se furti arguet reum; ita de relatione iuramenti super exceptione spoli facta, hoc eventurum esset, ut spoliatus eius delicti semetipsum accusaret. Et ideo laudandus est Labeo in L. 13. D. h. t. qui tale ius iurandum referre, non permisit. Iure Saxonico etiam attenditur formula delationis, si actio solius rei conscientiae commissa sit. Wenn die Klage allein in das Gewissen Beklagtens geschoben, iuramentum delatum nequam referri possit. Secus vero se habet, *sin scientia, et notitia finali* commissa sit actio. Wann die Klage ins Gewissen, Wissenschafft und Wohlbewußt gestellet ist. O. Pr. S. T. XVIII. §. Weil es aber. 6. Formula illa, qualitatem quoque facti sequente, ut recte annotavit Carpzovius P. I. Conf. XIV. D. XI. Iuramentum enim de alieno factu relatum, præsertim turpi, ut hic spolium est, necessario eius comite caret, ob probabilem ignorantiam spoliati nempe iudicio: quem ut innocentem reum commaculat, aliqua incommoda secum vehit, quæ fando non adsequar, sed pro more suo ad eundem ponderavit B. DN. D. Lauterbach in Disp. de Relatione iuramenti §. LXXIV. seq. Alias quidem relative concurrunt relatio iuramenti & defensio conscientiae per probationem quæ tamē illa exclusa actori non admenda est, quia vim reprobationis habet, de qua præc. §. XII. actum, & pro avertendo iuramento delato instituitur. Articulis vero his reprobatoriis iuramenti delationem subiicere non licet, ne progressus in infinitum detur, nec defensio hæc cum relatione iuramenti, quæ iam remota est, confundatur. D. Rivinus ad Proc. Tit. XIX. Enunc. XV.

§. XX.

Neque exigui est momenti *tertia ratio*, qua iuramentum & ad pecunias, & ad res omnes refertur ab Vlpiano in L. 34. pr. D. de iure iur. Quibus spoliatis excludere, iniquum censeo. Cum delatio, &, eam sequuta, præstatio iuramenti tantas ambages non requirat, quantas probatio

C 3

alia,

alia, hinc delationi iuramenti etiam super exceptione *spolii* in processu *executivo* locum esse, intrepide tuebor. Qua fiducia longe sapientissimus Legislator noster me erexit, qui in ordinatione Processus Magdeburgici tam *antiqua cap. XXIX.* §. 3. quam *emendata cap. XXIX.* §. 2. disertis verbis reo *delationem iuramenti super exceptionibus* in Processu *executive* concessit. Dignissima sunt, quæ lucem sententiaz meæ scenerentur, ut hic integra adscribam. Also ist auch den Beklagten wenn gleich aus Instrumentis Guarentigialis *executive* wieder Ihn geklaget wird, zugelassen, ehe Ihm der Beweis (& additur *cit. §. 2.* oder die Bescheinigung) seiner Exceptionum afferreget, oder Er sich darzu ans gebothen seine Exceptions dem Kläger ins gewissen zu schieben. Cum enim intra terminum *executivum* vel *probatorium*, expediri possit *delatio* non minus, quam *præstatio* iuramenti per hunc ergo probandi modum non retardatur *processus executivus*. Inde vetustiores Saxonici ICti, ut Hartmannus Pistor. *P. IV. Q. 13.* & Modestinus Pistoris *Vol. II. Conf. XLV. n. 23. seqq.* eandem opinionem tenuerunt. Quibuscum conseitat B. D. Io. Brunneumann in *Process. Civil. cap. I. n. 14.* & Io. a Sande in *Decis. Fris. Lib. I. Tit. VIII. def. 3.* Testatur quoque D. Io. Fuchs in *Introduct. ad Proces. Iur. Holsat. L. I. cap. X. §. 17.* In iudicio Provinciali Flensburgi a. 1668. iuramentum super *exceptione* contra instrumentum *obstagiale* delatum esse ac decretum. Cum tamen Processus *obstagii* inter *executivos* nulli cedat rigore suo. vid. B. Consil. Amthor. in *Opusc. de iure obstagii.*

§. XXI.

Magnum vero in se pondus habet ratio *quarta*, quæ delationem *iuramenti* judicialis comparat transactioni, quoties a parte desertur parti in iudicio five super actione, five super exceptione fiat. Paulus in *L. 2. D. de iure iuri. & idem in L. 26. §. 10. D. eod. tit.* Sed *transactio* uti in nullo, ita ne in processu quidem *executivo*, prohibita est, quia nullum instrumentum adeo *liquidum* esse solet, quin circumstantiaz occurant, nihilominus executionem protracturæ. Hinc D. Carpzovius opinione sua nixus, qua in *L. III. Resp. LII.* maxime impugnavit delationem *iuramenti* super exceptionibus in Processu *executivo*. Verum brevi post idem & *Resp. LIII.* sui pæne oblitus mitescit, in super exceptione *chartæ blancae* deferri posse iuramentum in processu *executivo* statuit. Cum tamen in effectu sit exceptio *falsa*, æque ac *nullitatis*, quæ ubi non prorsus excludit, valde *executio-*

secutionem ipsam moratur. Conf. DN.D. Georgius Engelbrecht *in Disp. de charta blanca* §. XV. n. 5. 6. Quare differentiam invenio nullam, cur super exceptione *spolii* actori *iuramentum* a reo deferri nequeat. Certe si dicendum ex rei veritate, plus gravat creditorem exceptio *falsi*, quando abusus est *charta blanca*, quam auctorem alium exceptio *spolii*: illud *publicum*, hoc *privatum* saltim delictum esset vid. *Sup. §. VI.* Præterea non erit, quod aliquis mihi in præsenti opponat, in *reconvencionem* debuisse *iuramenti* delationem super exceptione *spolii* differri. Principio notandum est, quod, *spolio* non restituto, nulla admittatur *reconventio*. vid. L.B. de Lyncker *in Cent. IV. Dec. CCCLX.* Deinde inter *privilegia* huius exceptionis relatum fuerit, quod in *reconvencionem* ea remitti nequeat per §. XI. Porro posita, sed ex *iuris Canonici* analogia, nunquam concessa, illa *reconventione*, cui bono erit iste *circulus*. Denique alienum est ab omni iuri ratione, actori in *reconventione* licere, quod reo non licuit in *conventione*. Conf. §. XIX. Manet ergo adhuc inconclusa sententia, quod super exceptione *spolii*, celeritatem restitutionis cum omni causa ita poscente, *iuramentum* deferre licet.

§. XXII.

Et quare hæc sententia de probanda exceptione *spolii* per delationem *iuramenti* non amplectenda sit præ altera, & in publicis iudiciis simul sequenda? Majora namque *commoda* prästat, quam promittit. Sic usus *iuramenti* lites minuit, qui proprius eius finis est secundum ius divinum Ebr. VI. comm. 16. & Gaius *in L. 1. D. de iure iuri*. id maximum remedium vocat expediendarum litium; temeritatem spoliatoris cōceret, studium *privatae vindictæ* intercipit, quod eodem iure comprobatum Rom. XII. com. 20. odium erga delictum istud ostendit, gravioribus litigantes suntibus abstrahit, restitutionem rei *spoliatae* accelerat, ut ius Canonicum exigit vid. §. V. & conscientiae actoris præ ceteris confulit, cuius in ipso etiam processu magna habenda est ratio. conf. DN.D. Præses *in Disp. de collitione famæ & conscientiae cap. I.* Præterea difficultatem probandi reus evitare potest delatione *iuramenti*, maxime cum spolium clam sèpius committatur, ne facile probatio *spoliato* suppetat, nisi ad illud refugium se recipere. Videat igitur D. Wilhelmus Zanger, quo se excusat modo, quando *in Tr. de Except. P. III. cap. XXVI. n. 121.* verbis clarissimis negare hanc erubuit, probationem per *iuramentum* plane non esse probationem *legitimam*.

timam. Atque ex eo infert cum Daniele Möllerio *in Lib. III. cap. XXXVI.* non audiendum esse reum, si exceptionem suam conscientia creditoris invitit committere velit. Sed expendere hos oportuit, actorem iurare nolentem, hoc ipso suspectum se reddere, per *L. 38. D. de iure iuri.* & Paulus *in L. 25. §. 3. D. de probat. ubi ei, cui onus probationis incumbit, adversario suo de rei veritate iustirandum deferre posse*, diserte confirmat. Non ignoro, rationem iuris Saxonici, quod probatio per *delationem iuramenti*, non sit *liquida*, nec dicatur fieri in continenti. D. Carpzovius *in Process. Tit. IX. art. VII. n. 29. & Tit. XXII. art. IV. n. 20.* Quo admisso, nec probatio *per testes* legitima foret, que pariter *liquida* non est, nec in continenti expeditur. Cum tamen ipse Carpzovius ad probandam exceptionem spoliis etiam testes receperit, secundum ea, quæ dixit *in P. I. Conf. VI. Def. 5.* Quibus bene examinatis, saltim exinde hoc sequitur, probationem per *delationem iuramenti veram* quidem ac *legitimam*, non tamen adeo *liquidam* fore, ut illa est, que ex *confessione* adversarii, aut *documentis* elicetur. Ac propterea non reiicienda est *cautela*, si quis rem alicui spolio abstulerit, ad quam recuperandam hic alia via pervenire non potest, nisi debitor ipsius fiat. Quo facto enim si *spoliator* ille creditum suum repete velit, *spoliatus* exceptionem spoliis habet, cuius probatione per *delationem iuramenti* instituta, rem spolio ablata recipere valebit.

§. XXIII.

Dictum est a me *in §. XVII.* obligari reum, ut protinus exceptioni spoliis, a se obiecit, delationem *iuramenti* annechat. Quod eo sensu intellectum volui, ne reus ex eccl^e sententiam interlocutoriam, uti monitum etiam *in §. XX.* Verum ante actoris ipsius responsione id deferat. Secus enim si se gesserit in iudicio, mirum non est, cum delatione *iuramenti* sui reum non amplius audiri. Non quidem ad ipsa *iuris principia*, quæ *in §. XIX. seq.* tradidi, admonitio hæc pertinet, quæ similiorem vero ac in conscientia tutiorem reddiderunt sententiam meam, sed potissimum ad *receptum in iudiciis ordinem*, usumque eorum declarandum eam refero. Qua mente adduco præjudicia Vitebergenium iureconsultorum, quæ in eo consentiunt singula, probari posse *exceptionem spoliis per delationem iuramenti*. Hunc enim in modum pronunciare solent, daß Kläger zuförderst auf das Vorbringen wegen eines begangenen Spolii, auch angehängte Eydēs-Delation, sub pena confessi & convicti

sich

ſich einzulaffen ſchuldig. Conf. Per-Illustris DN. de Berger in E. D. F. ad Proc. P. II. Supplēt. Tit. XIIIX. in Addit. & P. I. Resp. XXXIX. itemque in Philocal. Resp. LXV. n. 4. Illuſtr. DN.D. Werlner in P. IV. O. XXV. nec non P. IX. O. XXXV. Cum ergo adeo conſtanties huic usque fuerint ſententiæ ſuæ Vitebergensis ICti, nihil officit eorum conſtantia, quando delationem hanc iuramenti, in exceptione ſpolii probanda, haut ita pridem omiferunt in cauſa A. M. B. contra I. I. P. an. 1721. mens. Dec. Daß Beklagter die vorgeschüchte Exceptionem Spolii binnem iſ. Dagen wie Rechtens zu erweisen ſchuldig, da wieder Klägern sein Gegen-Beweis billig vorbehalten wird. Nam culpa omissionis non in eo hauebat qui ſententiam conceperat, ſed in reo, negligente fataliſ huius, quo delatio iuramenti, pro exceptione ſpolii probanda, proxime ſubiicienda erat oppositioni eius, cum alias pro deferta habeatur minimum iure Saxonico. Conf. §. XX. Iudice ea, quæ iuris ſunt, ſupplente, non quæ facti ſunt vid. Excell. DN. D. Zaunſchliſſer in Tr. de offic. iudic. ſupplēt. P. I. cl. X. Vnde probationem talem non oſſerente parte, index ex ſupplerorio officio ſuo ad eandem non compellit. D. Mevius in P. II. D. XCVII. n. 4. Delationem vero iuramenti ad veram, etiamſi ſubſidiariam, probationem ſpectare, demonstratum ivi p̄ecep. §. XXII. Quare illud ſupplere nec debuit, nec licuit iudici, quia a parte parti, ſi quis recte advertit §. XVII. iuramentum hoc, quod reus in exceptione ſpolii probanda defert actori, magis in iure, quam in iudicio ex ſilo Romanorum Iureconsuitorum, & cum primis Pauli in L. 26. S. f. D. de iureiur. delatum eſſe videtur. Conf. seq. §. XXIV.

§. XXIV.

Quibus expeditis, ad eos me converto, qui *difſenſum*, circa hunc probandi ſpolii modum, magna animorum contentione moluntur. Scindunt vero eſt, ipſos etiam in partes abire. Aliqui in omni Proceſſu, ne ordinario quidem excepto, probationem ſpolii per delationem iuramenti reſiſtunt. Vnde eorum formula, daß Beklagter die Exceptionem Spolii in Klägers Gewiſſen zu ſchieben, und also ihm darüber den Eyd jū deferiren nicht beſtuſt ſey. Quo nomine D. Carpzovius non minius, in P. I. Conſt. VI. Def. X. quam B. D. Rivinus ad O. P. S. Tit. XI. Enunc. XLII. qui in Scabinatu Lipsiensi hanc vigore opinionem adferit, mihi compellandi erant. Nonnulli admissa delatione iuramenti, ubi in Proceſſu ordinario exceptio ſpolii oppofita eſt; rāmen in executivo eandem D repudiant

repudiant iuxta formulam, und hat die disfalls unternommene Eydes-Delation nicht statt. Suffragari quoque hic videtur Per-Illustr. DN. de Berger in Elect. Process. Execut. §. XXXIX. et si paullo ante *preced.* §. XXIII. causæ nostræ variis eisque admodum insignibus præiudiciis succurreret. Verum hoc factum est, quod certo iure in foris Saxonice utuntur, ne delatio *iuramenti* super exceptionibus in processu *executivo* admittatur. Quare brevi post in eod. §. vir summus propensum se in contraria esse sententiam, satis declarat. Cum scribit: *Si de iure queratur constituedo, nihil verat, quo minus delationi iurisurandi in eo etiam processus genere relinquamus locum, quam peritio recognitionis; aut iuratae diffensionis, nihil aliud esse videatur, quam quedam jurisurandi delatio, modo iuretur in continentia, ut in foro Romano fuit usitatum.* Hec ille, conf. *preced.* §. XXIII. in fin. Et quoniam hæc iuramenti delatio in foris Marchicis, testibus, Per-Illustri Br. de Rhey in *Diss. de Except. parat. execut. imped.* Cap. V. n. 20. seqq. D. Io. Brunnemanno in *Comment. ad Pandect. L. 38.* D. de iurevir. n. 9. seqq. perinde ut in Ducatu Magdeburgico publica lege recepta est atque introducta, *vid. supr. §. XX.* ideo ab hac doctrina recedere, & officio meo, & rationi adversum fore existimavi, quotidiana praxi me etiam retrahente. Longe minus vero ausim, illam legem ad exceptions solutionis & compensationis restringere, uti L. Br. a Lyncker placuit in *Cent. II. Dec. D C.* & B. D. Hornio in *Class. XII. Resp. CVII.* Quum Potentissimus legislator generatim facta exceptionum mentione, non eius tantum, quæ *faciliorem*, sed & quæ *difficiliorum* ac altiore habet indaginem, intellexisse videatur. Maxime si ex Ordinat. Process. Magdeburg. cap. XXIX. §. 2. a me dicta repetantur, & cum iis, quæ in cap. XXVII. §. 1. prolata sunt, coniungantur. Per delationem enim *iuramenti*, ut deinceps evincam seqq. §. XXV. si non secundum ius *Saxonicum*, bene tamen secundum ius *commune* liquidæ fieri possunt exceptions, in *altiori indagine* posita, quibus exceptionem *spoliæ*, per me alii accenseant. Quam sententiam comprobat etenus D. Io. Schilter, quatenus in hac lice occupatus, *Pandect. Exercit. XIII. §. XVI.* veritate se convincente, dubitandi validiores protulit, iis, quæ decidendi rationis adpellant, Conf. D. Martini in *Tr. de delatione iuramenti in Processu executivo.*

§. XXV.

Neque desunt dissentientibus, quæ *vehementer* obiicant. *Præcipuam*
fere

före arbitrantur, *iuramentum probare tantum præsumtive*. Sed iure ipso decisum ab Vlpiano in L. 5. pr. D. pæn. ex præsumtionibus neminem condemnandum esse: ideoque pro exceptione *spoli* probanda non posse locum habere delationem *iuramenti*. Resp. Largior, neminem esse in *delictis* condemnandum e præsumtionibus, quoties irroganda est *pæna* delinquenti. Ad quam Vlpianus in lege excitata unice attendit, damni restitutione ne tacta quidem est. Verum in præsenti de *restitutione spoli* follicito iudicii nihil impedimento est, quominus probationem hanc per delationem *iuramenti* etiam in *executivo* processu admittat, quia procul remotis testibus plerumque *spoli* perpetrat. Deinde nituntur mihi adversi doctores *falsa* hypothesis, quæ refutata est §. XXII. & luculenter ex L. 25. §. 3. D. de *probat. iuramentum iudiciale esse perfectum & legitimum* probandi modum, æque ac testes & instrumenta, demonstratum. Quanvis igitur *probatio* reo per sententiam imposita fuerit; hic tamen secundum ius commune *iuramentum* adhuc deferre potest: quia iudex non videtur partem compellere ad unum probationis genus, & latius ac benignius loquendo delatio *iuramenti* est quasi probationis species D. Mev. P. IV. Dec. VI. Nam secundum ius *Saxonicum* ubi *conscientia* committenda est a reo exceptio, hic non expectet sententiam interlocutoriam, ceu monitum §. XXIII. sed ante replicationem actori *iuramentum de spolio* quoque deferat per Ord. Proc. Sax. Tit. XIX. §. 1. verb. *iedoch daß er es Constit. Saxon. P. I. Const. XI.* Ne tamen quis colligat, *spoliatum* vix extra præsumptionem instanti litis futurum, si *iuramentum super spolio* deferat, ubi nullæ probationes aliae sibi suppetunt. At enim in foro *conscientia* hæc *præsumptiones* celsant; secundum ea, quæ habet Innocentius III. Pontifex in Cap. 26. X. de *iureiur.* & *dolus* hic semper patescit. Nihil certe occurrit, quod abditos *conscientiae* recessus magis pandere queat, quam *iuramentum*. Adeo, ut oblitum fui esse oporteat, quisquis hoc negare velit. Et ad prime delatio *iuramenti* congruit liti de *spolio* motæ, cum nullum commodius sit *probandi* genus, quod ad litem citius dirimendam ipso *iuramento* perducat. Qua tamen probatione, per *iuramentum* commendata, minime diffiteor in *subsidium* id adhibendum esse, ubi alias probandi modus *spoliatum* destituit. Memori namque animo semper teneo ac recolo admonitionem Thomæ Aquinatis in 2. 2. qu. 89. art. 3. inquietus: *Sicut Medicina est utilis ad sanandum, & tamen quanto est virtuosor, tanto magis nocendum inducit, si non debite sumatur; ita & iuramentum utile quidem est*

ad confirmationem: tamen quanto magis est venerandum, tanto magis est periculosum, nisi debite inducatur.

§. XXVI.

Plurimum vero confidunt arguento, quod a dolo deductum, eiusque respectu exceptionem spolii per delationem iuramenti probare posse, negant ac pernegrant adverse sententiae Patroni. Quorum antisignanus est D. Carpzovius, qui in cit. *P. I. Conf. VI. Def. X.* & ita mente suam aperit. Spolium raro vel nunquam sine dolo committitur: Ergo delatio iuramenti super spolio locum habere nequit. Nam in casibus, in quibus dolus arguitur, eandem cessare, necesse est. Sequitur hunc D. Zipfelius in *Kauffmanns. Complementar.* at hesitante nimis animo, cum addiderit: *Wiewohl solches in Lege nirgends verbothen, sondern bloß eine doctrina doctorum ist.* Resp. Ignoscant itaque manus B. D. Carpzovii, si paullo acrius rationem hanc impugnare penes me decernam, quæ ipsi D. Schwendendorfero, successori suo, valde diflicuit in *Process. Fibig. p. 367.* Perpetua enim *instantia* dari potest a deposito, ubi depositarius de dolo conveniri solet, salva tamen *iuramenti* delatione. Vnde B. D. Brunnemannus in *Comment. Pandect. ad L. 9. D. de iurecur. recte* censuit: Quæ habet Carpzovius l. c. de exceptione *spoli*, quod super ea *iuramenti* deferri non possit, emendanda esse. Neque rationem concludere: hic agitur de dolo: Ergo *iuramentum* deferri non potest. Aliud est si criminaliter spoliator pulsetur ad panam; aliud si civiliter ad recuperationem rei spoliatae: illic quidem ob manifestum periurii periculum non; hic pro acceleranda restituitione utique delatio *iuramenti* permissa est reo. Et quotusquisque adeo hospes est rerum forensium, qui ignoret, spolium non semper per *dolum* committi. Cum is etiam patrasse *spolium* dicatur, qui errore facti ductus rem suam esse putans, vel errore iuris correptus existimans, hoc sibi licere, rem alterius non minus, quam suam abstulit conf. §. VI. & §. 1. *Instit. de vi bonor. raptor.* Mynsingerus in *Cent. III. O. 85. n. 1. & 3.* Ex hac distinctione liquet, minus circumspete celeberrimum D. Homburgerum in *Conf. CIV. n. 5.* statuisse, *dolum* in spolio *essentialiter* probandum esse, alias exceptionem *spoli* locum non habituram. Neque iuvat Carpzovium unquam Rosæ & Möllerij hypothesis quæ examen suum substituit §. XII. Nendum Gailii testimonium sibi inserviat, quod ex *libro de Arrest. Imp. Cap. V. n. 9. & 11.* produxit, quo altum de

de iuramenti delatione silentium, sed tanum circumstantias in *spolio* probandas adferit, modo de spoliato contra tertium excepturo tractat: ut antea de illis ipse egi latius §.XV. ita de casu hoc disceptandi occasio nondum adfulget. Conf. §. XXXVI. Quare *dolo* nihil officiente, reo in posterum probare exceptionem *spolia* per delationem *iuramenti*, integrum erit.

§. XXVII.

Ex præcedente ratione novum, quo eversum eant delationem *iuramenti*, eruunt argumentum. *Spolium* causis adnumerant *famosis*, de quibus *iuramentum iudiciale* deferri non posse sibi persuadent, præsertim quod *relatio* huius *iuramenti* deficiat. Vid. D. Carpzovius in P. I. Conf. XIV. Def. VI. Resp. Argumentum hoc, quod in *cansis famosis* *iuramentum* deferri nequeat, apertis legibus convellitur. Ita Vlpianus in L. 9. §. 2. D. de *iure iuri*. ait. *Si damneatur quis post iusturandum ex famoso iudicio, famosum esse magis est.* In primis delationem *iuramenti* in eiusmodi causis idem confirmat *Iureconsultus* in L. 6. §. 4. D. de *bis, qui non infam.* Sed & *si iure iurando delato, iuraverit quis non deliquisse, non erit notatus: nam quodammodo innocentiam suam iure iurando adprobavit.* Deinde quia in causis famosis non referre licet *iuramentum*, prout Pontifex Gregorius IX. vetuit in cap. ult. X. de *iure iuri*. inde proclive est ad intelligendum, in eisdem *cansis* id omnino deferri posse. conf. sup. §. XX. Ratio eius l. c. inserta fuit, quia defertur *iuramentum* in exceptione *spolia* super *facto* *actoris proprio*, cuius veritatem melius novit, quam reus. Hinc rationis impedimentum, non protinus impedit *iuramenti delationem*, uti id ipsum tuerit quoque Vlpianus in L. 11. §. f. D. *rer. amot.* Maxime, cum utilitas tam *publica*, quam *privata* fruadeant, ut lites, de *spolio* motæ, mediante *iuramento* *cito* expediantur. Accedit, quod ipse D. Carpzovius sibi hac in re non satis constare videatur. Etenim Dec. CCXXI. in causis etiam *famosis* locum habere delationem *iuramenti*, pluribus adseruit. Non alia, atque ea intentione, quam omnes cordati *Iureconsulti* amplectuntur. Quando non agitur ad *pénam* infligendam, sed tantum, ut circa *spolium* in dies usu venit, ad *restitutionem* rei ablatae. Quoties ergo aliqui *iuramenti* delationem admittere noluerunt in causis *famosis*, ne putent illa ratione factum esse, quia famosæ sunt, sed hac potius, quia reus ad *pénam*, eamque corporis adflictivam, ita feso obliquet. Conf. D. Iq. Brunnemann in *Process. civili* cap. XXIII. n. g.

Præterea totidem instantiæ dari possunt, quot sunt contractus infamantes. Ut ex iis repetam contractum depositi §. XXV. adlatum, nemo prudentium mihi vertat vitio. In actione enim directa depositi qua' reus depositarius ad rei depositæ restitucionem convenitur, iuramentum deferri potest, et si depositarius contra bonam fidem & dolose quid fecisse dicatur. Diocletianus & Maxim. Imperator. in L. 10. C. de R. C. Aliud vero statuendum erit, si actor simul pœnam depositario infligi petat, & proinde criminaliter agat.

§. XXIX.

Non contempnendum vero est, quod ulterius obiciunt dubium. Si nempe reo super probanda exceptione spolii iuramentum deferre licet, in Processu executivo futurum prævident, ut actori non parum prædicaretur, & ille processus plane eluderetur, secundum ea quæ prolixius differuit D. Iacobus Bornius in Disp. de iurament. indicial. Cap. IV. §. II. & in Disp. ad universum ius iudiciarium commune & Saxonicum, th. XLV. lit. D. Vnde in processu executivo non aliter exceptionem spolii opponi posse autumat D. Hornius in Clas. XII. Resp. XIII. nisi ex instrumento guardignato sit liquida. Resp. Quod in spoliati favorem inventum, non convertendum est in odium eius. Et propterea iudici convenit probationem spolii, delatione iuramenti a reo facta, magis adiuvare, quam exacta probatione liquida, illam coarctare vid. §. XV. Cum vero spoliatum, ut idem idem monui §. XXIII. plerunque occulta machinatione, aut substantio fiat impetu, longe remotis testibus, perpetretur. Ideo nec horum dicta, nec talia instrumenta suppetunt, quæ Hornius facilius commendare reo valuit, quam ubique in processu executivo præstare. Quid ergo vetat conscientia spoliatoris id committere, ut veritas facti detegatur? Deficiente probatione ordinaria, adhibenda est subsidaria. Vehementer namque vereor ne denegata hoc in processu reo delatione iuramenti pro exceptione spolii probanda, id prorsus impunitum transmittatur, & spoliatus restitutione rei ablata sine culpa sua excidat. Quare studium privata vindictæ, ita commodo erit spolianti, ut reo exinde afflictio accidat. Conf. quæ dixi in §. XXII. Et dari potest instantia ab exceptione legitimacionis, quæ cessionario executivo etiam processu acturo opponi solet, quam delatione iuramenti a reo cesso facta probari posse, perinde ut existentia conditionis, ubi talem probandi modum, qui viam parat ad illum processum, admisit. DN. a Berger in Elect. Process. execut. §. XXII. & XXIX.

Facto

Fac hoc probandi modo eludi Processum *executivum*, quod tamen nemini unquam sum concessurus, id eveniet, non culpa rei, deferentis super exceptione *spoliis iuramentum*, quam *culpa actoris*, qui, *principiantia* nimia & *impatientia* permotus, spolium admisit, a quo se abstineret debuisse. Perperam itaque ad iura Processus *executivi* provocat, qui ipsum processus huius ordinem violat, turbat & proculcat. Tryphonius in L. 37. §. 1. in fin. D. de minor. & Modestinus Pistoris in Vol. II. Conf. XLV. n. 24. seqq. Quæ singula, a me disputata fuerunt, non ut impugnem in iudicis Saxonici per P. I. Conf. IIX. diu multumque receptam sententiam in Processu *executivo* non ferentem, nisi *liquidam* ex confessione partis adversæ, aut ex instrumentis, exceptionem. De hac enim disputare omnino haut oportet, quod *sacrilegii* instar esse, declarant Imp. Grat. Valent. Theod. in L. 3. C. de crim. *sacrilegii*. Add. B. D. Kestner in *Disput. de sacrilegio Politico* per tot. Sed ut ostendam iuxta principia iuris communis ut in casu hoc speciali, attingente spolium, restrictio quadam usurpetur. Etsi enim partes in formula *iuris iurandi* sœpe disceptationem excitent, ea tamen tanti non est, ut indaginem altiore pariat, sed ut B. Confil. intim. DN. D. Ludovici in der *Einleitung zum Civil-Process. cap. III.* §. XX. bene animadverteret, kan solcher Zwiespalt alsofort und gar leicht durch den Richter nach den Umständen des facti gehoben werden, und macht noch lange nicht altiore indaginem.

§. XXIX.

Restat, ut de illa dispiciam ratione, quam D. Schwendendorfferus ad *Proc. Fibigii* p. 367. maxime obvertit ex iure processuali. Notum esse dicit, ut super exceptionibus reo demum post litem contestatam deferre liceat iusurandum per Ord. Proc. Sax. Tit. XIX. §. *Do aber der Beklagte.* 4. Resp. Non recte universaliter positum est hoc fundatum a laudato doctore, quod l. c. saltim definiatur, quo usque reo facultas competit deferendi actori super exceptionibus suis iuramentum. Hinc male infertur ad modum ac tempus deferendi *iuramenti*, nedium quod prohibitum sit reo ante litem contestatam deferre super exceptionibus *iuramentum*. Potissimum si talis exceptio succurrat reo, prout exceptio *spoliis* est, cuius indoles non patitur ut probatio eius ad litem contestatam differatur. Conf. sup. dict. §. IIX. Quanto celerius haec expediri potest, tanto melius impletur preceptum iuris canonici de restituzione spoliati

spoliati, emissum ab Innocentio IV. in cap. I. de Restit. spoliat. in 6to. Et ipse Saxo Legislator l. c. reo non minus *ante*, quam post item contestata ius deferendi *iuramenti* permisisse videtur in verbis, solum ibi solches so lange frey stehen. Adeo, ut tunc reus a delatione *iuramenti* pro exceptione sua probanda excludatur, quando sibi vel per *sententiam* imposta, vel ab *semetipso oblatâ* fuit probatio. Praterea locum, ex ordinatione Processus citatum, capiunt interpretes eius de exceptionibus *peremptoriis*. Verum exceptio *spoliī* dilatoria est vid. §. IIIX. quæ uti comparata ac inventa ad differendum iudicium, ita ante item contestata & opponendam & probandam esse, latius a me demonstratum cit. §. IIIX. cum seqq. In praesenti mihi satis erit, id applicare ad exceptionem *spoliī* per delationem *iuramenti* probandam, quod Julianus Imper. profert in L. 12. C. de Except. reum ab huiusmodi *opitulatione submotum*, *nihilominus in ea perseverantem*, *præpostera defensioni insisterem*. Quamvis non sum nescius, iure civili in quovis litis articulo *iuramentum iudiciale* admitti, Iustitia no Imper. ita præscribente in L. 12. C. de R. C. nihilominus haec tantum pro iure Saxonico adduxisse mihi necessarium fore putabam, quod maximam mihi obiecit difficultatem circa probandam exceptionem *spoliī*. Plura quoque movit dubia D. Schwendendorfferus, qua tamen singula vel leuioris sunt momenti, vel a Per-Illustri DN. a Berger in Elect. Prooff. §. XXXI. iam dissipata fuerunt, ut iisdem immorari non ferat opera meæ pretium.

§. XXX.

Obſacula nunc remota sunt, & iacta etiam, ut par erat, fundamenta. In posterum ergo succedent *casus speciales*, quos experientia quotidiana iis offert, qui in forensi pulvere in dies exercentur. Omnes persequi magnæ molis opus est, nec instituti ratio id patitur. Præcipuus tantum, eosque præ ceteris dubios attingam. Primus illorum erit ex §. XV. deductus, quo reus exceptionem *spoliī instrumentis*, aut testibus, probaturus est. At, qua incerta rerum humanarum est facies, *instrumenta* amittuntur, & *testes* præter opinionem omnem vel ex vita, vel ex loco, demigrant, in quibus spem suam reus collocaverat. Nullum melius supererit consilium, quam ut probationis loco furroget delationem *iuramenti*. Reus enim, casu hoc adverso sibi eveniente, defecit in probando, quem defecitum delatio *iuramenti* supplet, quæ supra ex L. 25. §. 3. D. dc probat. expresse *probationibus accentita* est. Conf. §. XXII. Minus obstante

stante Iustiniani Imper. L. II. C. de R. C. quæ agit de eo, qui detulit iuramentum, quo revocato, & se ad probationem convertenti non licet denuo, etiam si in probando *defecrit*, illud deserre, odio variationis hoc excludente. In lege igitur argumentum occurrit, quod concludit a contrario sensu, ideoque adiuvat magis, quam impedit reum in delatione iuramenti super exceptione sua. Si enim eo casu, quo *semel delato iuramento*, sed paullo post *revocato*, reus ad probationem aliam progressum fecit, & *defecit*, sibi delatio iuramenti amplius non *permissa* est: sequitur exinde, ut, si nondum *delato iuramento* super exceptione, post suscepas probationes *deficit* in iis, tunc *prima delatio iuramenti* super exceptione *spolii* sibi concessa sit: quod priore casu ex odio variandi erat prohibitum; id posteriore casu ex favore se *defendendi* reo indulsum est. Conf. D. Mevius in P. IV. Dec. VI. & D. Georgius Frantzkius in Comment. ad Pandect. n. 108. tit. de iure iur. Neque reum a delatione iuramenti sententia, qua *spolii* probatio sibi infuncta, depellere potest. Simplex enim sententia secundum ius civile reo integrum relinquunt potestatem deferendi iuramenti uti ex præc. §. XXIX. in f. cognosci potest. Sin vero clausula reservatoria, iedoch mit Vorbehalt der Cydes-Delation, addita fuerit, alio etiam iure reum super exceptionibus suis *iuramentum* deserre posse, nullum dubium est. Conf. D. Hornius in Cl. XII. Resp. LVI. n. 5. 6. D. Brunnemann in Proc. civil. cap. XXIII. n. 6. D. Mevius in P. VI. Dec. CCCV. Maxime in exceptione *spolii*, cuius restitutio illa iuramenti delatio solet naturare.

§. XXXI.

Neutquam vero dubitandum est, quin in secundo casu, quoties reus una teste, eoque omni exceptione maiore, probavit exceptionem *spolii*, ad iuramentum *suppletorium* se offerre possit, modo sit fide dignus. Et enim de vitando *danno* reus contendit, ideo favore iudicis dignior est *spoliatore*. Deinde quia in *supplementum iuraturus*, sit testis in propria causa, necesse est, fide dignum se præbeat. D. Berlichius in P. I. Cl. LIII. n. 17. Et quanquam supra dictum §. VII. & repetitum §. XXVII. spolium *occulta machinatione* committi; nihilominus hoc valere tantum volui in non *manifesto* *spolio*, ut frequentiore; non tamen præterea *excludere* spolium *manifestum* prout inspiciens §. VI. innotescet. Nam verum spolium est sive *palam*, sive *clam* peragatur. Sic *spolium manifestum*

E

fum

sum in pignoratione *informi* attenditur ab Andrea Gailio in *Tr. de pigno-
rat. O. XVI.* & a L. Br. de Lyncker in *Cent. II. Dec. LXVIII.* quod
non minus restituendum est, quam *clandestinum*, quo creditor redditus
debitoris involavit. Idem Br. de Lyncker in *Cent. XIII. Dec. MCCLVI.*
Quod si igitur in probanda exceptione *spoliī* manifesti reus veratur, de ve-
ritate eius aperte constare debet, ut nihil amplius impedire *iuramentum
suppletorium* possit, quod de veritate alias praestandum est, iurante se-
metipsum testem in causa sua constitutente. D. Brunnemann in *Process.
civil. n. 25.* D. Pruckmann in *Vol. I. Consil. X. n. 93. & 118.* Atque
iuramento huic *suppletorio* etiam in Procescu *executivo* locum esse in Du-
catu Magdeburgico, si reus super exceptionibus suis Zeugniß aufzunehmen
bitten und Beweis-Articul übergeben würde &c. Magdeb. Proc. Ord.
Cap. XLVII. §. 10. satis adparet, quam sape citatus Br. de Lyncker in
Cent. XIV. Dec. MCCCXII. insingni quodam praeiudicio corroboravit.
Quod multo magis in exceptione *spoliī* recipiendum esse arbitror, quo
pluris refert, ut *spoliatus* ante omnia restituatur, & restituto a *spoliatore*
cautio de non amplius turbando praefletur. Petrus Rebuffus ad *Constit.
Gall. Tit. III. de Possess. a. 1. gl. 1. n. 16.* Eandem ob causam iudicis exi-
git officium pro maturanda illa restitutione, non *interlocutoria*, würde
Beklagter in Supplementum schweren . . . so ergehet alsdenn in der Sa-
che ferner was Recht ist, sed *definitiva*, eaque conditionali, sententia pro-
nunciare, Würde Beklagter in Suplementum schweren . . . so ist also
dann Kläger ihm die spolierte und abgenommene Meublen zu restituien
und auszuliefern schuldig.

§. XXXII.

Ponderandus quoque est casus *tertius*, quo reus in probanda *spoliī*
exceptione plane succubuit. Id variis evenire modis posse, in aprico est.
Pro praesenti controversia statu is erit feliciter, quo *spoliato* per sen-
tentiam iniuncta est *probatio*, sed ipse, nimium confusus *testibus* suis, de
clausula *deferendi iuramenti* reservatoria sibi non prospexit vid. §. XXIX.
in fin. Postea vero accedit, ut producti *testes* in examine sibi contradic-
erent, & unus alterum refutaret. Qua ratione, in probanda exceptione
spoliī, reuin ita succumbere oportuit. Quod enim voluit, scilicet probare
per testes, non potuit, quia mutua *testium contradictione* excidit intentione
sua. Id autem quod potuit, non voluit, quia, ex nimia erga testes
fiducia, *delationem iuramenti* sibi non reservavit. Nihilominus non de-
funt,

sunt, qui, amissa *exceptione*, erigunt *spoliatum* permisa *actione spoli*, qua contra spoliatorem experiri possit. Quod singulari ratione *in odium spoli*, & ut *privilegium aliquod spoliati* constitutum est vid. §. X. seq. Ecque in præterit, remedia pro recuperandis rebus *spoliatis* magis privilegiata esse, quam alia remedia possessoria. Conf. Franciscus Niger Cyriacus in Lib. II. *controvers. Forens. CCCLXXXIX.* Deinde res indicata reo minus obesse videtur, quod *spolium in exceptione*, ut causa *incidentis* saltim, in *actione*, ut causa *principalis* proponitur: diverso utrinque *petito* recurrente vid. §. IX. tot. Si in forma *exceptionis* ad intentionem adversarii repellendam; si vero *spoliationis* quæstio in modum *actionis* obiecta ad *restitutionem* petendam, deciso directa est. Innocentii III. Pontificis in sepe cit. cap. 2. X. de ordin. cognit. Praeterea vero sententiam hanc confirmat. Io. Baptista Pontanus in Tr. de Spolio Lib. I. cap. XII. n. 32. cuius verba dignissima sunt, quæ hic adponantur, quod dubius futuris maxime oppolita fuit. Sic vero advocatus ille Romanus: *Aequa poterit*, inquit, *iudicio huius canonis experiri*, qui prius in alio iudicio de spolio reus conventus, per viam exceptionis obticiens in eo succubuisse, etiam subsecuta re iudicata, cum excipiens nihil dicatur firmiter petere, nec propterea talis res iudicata contra eum operari possit ad impediendum petitionem *restitutionis*, in principali iudicio spoli per se inchoato, tamquam plurimum vario ab exceptione, in qua succubuerit, nec res iudicata porrigitur ad rem a se dissimilem. Cum alienum non sit ab hoc instituto, quod beneficio Ecclesiastico *spoliatus*, si de spolio moverit actionem, sciendum est, se prius non restitu a indice, quam titulum beneficii sui probaverit. Lucius III. Pontifex in cap. 3. X. de Probat. supr. cit. cap. 3. & 5. X. de restit. spoliat. Qua de causa *spoliato* commendant hoc *consilium*, ut ipse cumulet petitorum cum possessorio, quod Innocentius III. in cap. 6. X. de caus. possess. & proprietat. Sed parum attendunt, si *spoliatus* succumbat in probationibus petitorii, *spoliatorem*, qui in praesenti casu reus, absolvi. Idem Pontifex in cap. 3. X. cit. tit. Postquam iure Canonico explicatum est l.c. possessorum absorberi a petitorio, quoties proprietas vincit possessionem. Conf. Illustr. DN. de Cocceii in Disp. de cumulation. Poss. & Petit. §. 26. Periculum hoc ante oculos habuisse videt Ludoovicus Posthius in Dec. CCCXXXVI. ut ægre permittat cumulationem petitorii cum possessorio. Longius in hoc casu transfire non licet, ne ab argumento meo discedam.

§. XXXIII.

Incidit hic *quartus* casus de actore, qui post obiectam sibi exceptionem *spolii*, licet adiecta fuerit *iuramenti* delatio; tamen renunciat actioni suæ, ne ad restitutioñem rei spoliatae compelli possit. Evidem actor se *temeritatis* cuiusdam suspectum reddidisse videtur, si expendantur quæ tradidi §. *XIX.* quod post perceptum de exceptione *spolii* delationem *iuramenti* ab actione sua recedit. Nihilominus valida esse putatur renunciatio actionis suæ, modo ab auctore fiat re adhuc integra. Vnde cuius auctori ante probationem *exceptionis*, reo impositam, ab actione sua resiliere licet. *Conf. Ord. Proc. Sax. Tit. V. §. 4.* Neque dubitandum est, quin in hoc etiam casu sibi idem concedi possit. In primis si confideretur, quod ius quæsumum in exceptione *spolii* opposita nondum reus impetravit, sed hoc demum a tempore decretæ ac iniunctæ sibi *probationis* consequitur. vid. D. Mevius in P. *VII. Dec. CLIX* Accedit, quod post litis contestationem exclusa sit *punientia* auctoris, quasi contractu in illa obveniente, Vlpianus in L. 3. §. 11. D. de *Pecul.* Verum exceptio *spolii* regulariter ante litem contestatam & proponenda & probanda est, per dicta in §. *IIX.* & *IX.* Hinc inclutus ordo I^ctorum Helmstadiensium a. 1690. mens. Mart. de casu hoc ita pronunciavit. Ob wol Beklagter N. N. Exceptionem Spolii wider die ven N. N. angestellte Interess-Klage eingewendet, einem ieden Kläger aber frey steht vor der Kriegs-Befestigung seine erhobene Klage fahren zu lassen, wenn es gleich dem Reo nicht anständig oder dienlich seyn sollte, nach der Kriegs-Befestigung aber, weil dadurch quasi contrabiret wird, denen litigirenden Theilen nisi utriusque consensu davon abzustehen in Rechten nicht zugelassen ist, ic. Althier aber noch keine Kriegs-Befestigung vorhanden, und folglich Kläger seine Interess-Klage fahren zu lassen, wohlbewußt gewesen, wo aber keine Klage vorhanden, die Exceptions, und in gegenwärtigen casu exceptio spolii alsdann diese Würckung bey sich führet, daß Spoliatus vor allen Dingen restituiret werde, ehe er auf des Klägers erhobene Klage hauptsächlich zu antworten schuldig, da nun aber ein Kläger von seiner Klage wisse in gegenwärtigen Casu geschehen, abstehet, und alsdenn Reus sich hauptsächlich einzulassen, weiter nicht schuldig, so ist auch der Kläger in solchen Fall Restitution zu thun nicht verbunden. Et sane responsum hoc habet fundamentum suum in saepius cit. cap. 2. X de ordin. cognit. Vbi Pontifex recte admonuit: *spoliatione in modum exceptionis*

ceptionis tantum probata, non est per hoc restitutio facienda. Propterea vero actori non licet epinicium canere ante victoriam. Neque enim ab exceptione sic immunis & absolutus, protinus ab actione liberatus erit. Si ergo reus de spolio agere incipiat, quod sibi indultum est ab Innocentio III. Pontifice in cap. 18. X. de restit. spoliat. tunc spoliator responderet de spolio, & res ita ablatas restituere spoliato cogitur. Quod autem porro Iacobus Menochius de casu hoc observat, de Recuper. Possess. remed. IX. n. 150. 187. spoliatorem iam penitentem facti non puniri posse, cum pena remissa esse videatur, si spoliatus rem suam sine protestatione recipiat. Id aut de privata intelligit, aut de publica poena. Si de illa, adiudicatio eius in foris Germaniae dubia est, secundum ea, quæ operose disquisivit Illustr. DN. Thomasius in Disp. de usu actionum penal. in for. German. si de hac, plane extra statum controversia electa est in §. III. IV. & XVII.

§. XXXIII.

Sequitur quintus casus de spoliatore convicto delicto spolia a spoliato five reo, five actore, & condemnato a iudice ad restitutionem rei spoliatae. Quæ vero contumacia sua est vel plane detrectat restitutionem, vel in ea saltim tergiversatur. Adversus contumacem hunc spoliatorem iure civili permitta est spoliato taxatio rerum spoliatarum, quam deinde index pro arbitrio suo moderatur, & tandem sequitur iuramentum estimatorium spoliati, quo a iudice definita summa confirmatur. B. D. Struvius in S. I. C. Exerc. XVII. §. LXVII. Id quod eateius comprobant, quatenus expressa sanctione Imperatores Valentinianus, Theodosius & Arcadius præceperunt in celebri Lege 7. C. unde vi, ut invasor etiam estimacionem alienarum rerum possessarum restituere compelleretur. Atque illam sacramenta manifestare; quod tamen moderationem iudicis observare, eoque observato index pro iuramenti huius praeflatione condemnare debeat, uti diserte rescribit Imperator Zeno in L. 9. C. de tit. Conf. Iustini Novell. LXXXII. cap. X. Quibuscum consentit Pontifex Gregorius IX. in cap. 7. X. de his, quæ vi met. caus. fin. his verbis: potuit iudex, taxatione ab ipso facta, pro personarum ac negotii qualitate, spoliatores in estimatione rerum amissarum, iuramento adversarii declarata, rationabiliter condemnare. Etenim condemnatio ita fiat, ut res spoliata una cum fructibus, damnis & expensis restituatur. Celestinus III. in Cap. II. X. de restit. spoliat. Cum primis quod restitutio commodorum

ex re spoliata perceptorum, multis modis excedere possit rei spoliatae pretium. Lib. Br. a Lyncker *in cit. Cent. II. Dec. CLXIX.* Iure autem Saxonico spoliatus estimat damnum suum certa summa, ad quam spoliator condemnatur, nisi iuramento minorationis illam quantitatem diminuere possit. Vnde formula passum obtinet, *Das Beklagter das libellire Spolium so hoch es von Klägern (& pro ratione circumstantiarum nostrarum von Beklagten) angegeben, zu erstatzen schuldig;* Et könnte und wolte den angeregten Werth oder Summe eydlich mindern, damit würde er billig zugelassen. Conf. Chilian König *in Process. cap. CXXXVI. & CXXXVII.* Hartmann Pistoris *in Lib. I. qu. 16.* Daniel Möller *in Lib. III. Semebr. Cap. XXXIX.* D. Cöler *in Dec. CLV. CLXX. & CLXXI.* Cum vero in hoc casu, quo reus opponit exceptionem spolii valde intersit actoris, properare restitutionem spolii, ne processus in principali causa diu sufflaminetur, ideo minus frequens erit iuramenti estimatorii usus circa spolium restituendum. Mirari exinde subit, qua mente Tiberius Decianus *in Vol. I. Conf. XXIII. n. 98.* recuperationem spolii in continentia fieri, dicere possit, quam tamen post decennium quoque proiecit. Ne iniuriam facere videar, ICto Uticensi, verba eius recitabo *ex cit. n. 98.* *In continentia autem facta videtur, etiam que post decennium facta est, dummodo prius recipiendi facultatem non habuerit, quod ex qualitate personarum estimandum erit: atque ea sententia communis est.* Ipse viderit, ut hæc conciliare queat cum principiis Iuris canonici, quæ celerrimam spolii restitutionem ubique requirunt.

§. XXXV.

Quodsi contingat mori actorem, cui reus exceptionem spolii obiecit, annexa simul iuramenti delatione, quod ille etiam acceptavit, exinde sextus casus emergit. In quo dubitatio oritur, sit ne hoc iuramentum pro praestito habendum; an potius ab herede eius praestandum. Ut priorem questionis partem tueri ausim, præter rationes a DN. D. Præside *in Disp. de morte loco iuriurandi cap. I.* adductas, istæ circumstantiæ, quæ identidem *in cit. Disp. cap. II.* repetitæ, me satis superque per moverunt. Scilicet ut iuramentum hoc, super exceptione spolii a reo delatum, actor acceptaverit. Deinde, ut post acceptationem hanc iusto tempore se ad præstationem eius actor obtulerit, prout in Saxonie foris potissimum obligatio sui intra octiduum fieri debet, conf. Ord. Proc. Saxonie. Tit. XII. §. 9. & D. Nicolai *in Process. P. I. cap. XII.* nec minus in Ducatu Magdeburgico

deburgico per Ord. Process. Rec. cap. XXIX. §. 5. expresse prescripta est. Denique nec ipse *actor*, cui in praesenti delatum est *iuramentum*, sed *reus* per varias *tergiversationes* eius praflationem impediverit, ut ille paullo post morte preventus ab *actu praefandi* citra *culpam suam* precluderetur. Quibus probe perpenis circumstantiis nihil vetat, quominus *voluntas pro facto*, & *mors ipsa actoris loco iuramenti*, quo se ab imputatione *spoli* liberaret, tunc haberi debeat. Evidem carpit decisionem hanc Illustris Ordinarius in Academia Vitebergenfi DN. Werhner in Disp. de *iuramento heredis* §. 1. ratus, valde vacillantes esse eius presumtiones. Quam ob causam DN. Præsidis Disputationem, modo adductam, ipse excitavit. Verum quis nescit, inspectis eis, quæ præmissæ fuerunt, *circumstantias*, quod in ea sententia vacillare videbatur, penitus expirare. Liceat de morientibus non minus, quam de mortuis *bene sperare*, sic minor metus iniuria erit. Ex *vita anteacta, preparatione* ad mortem aliisque deducta est *presumptio*, quæ proinde valore suo non destituitur. Qua ratione facile patebit, gratis repetitam esse sententiam Baldi, *non omnem morientem esse Iohannem Evangelistam*, quæ in cit. Disp. cap. I. §. IX. explicata & restricta est. Neque usus fori *hodiernus* in hac opinione cum *antiquo Romanorum confusus*, sed utriusque differentia in cit. Disp. Cap. II. & III. ubique adparet. Interim supereft, de quo ex animo mihi gratulari habeam, quod Illustri Viro ex Academia Lipsiensi laudare & opponere passim Illustrem DN. Iacobum Bornium, Ordinarium post fata sua adhuc celeberrimum, qui in Disp. de *iuramento iudiciale* cap. VI. §. III. expressis verbis opinionem hanc confirmat: *Habetur autem, inquit, pro præsito iuramentum, quando alicui iuramentum delatum, isque hoc suscepit, & ad iurandum paratus fuit, morte tamen præstare hanc potuit. Quam repetit in Disp. ad universitatis iudiciar. th. LVII. lit. K. in fin. ne sibi forte excidisse putetur.*

§. XXXVI.

Relicta est ex præced. §. XXXV. altera pars quæstionis de *spoliatoris herede*, quæ ad *septimum casum* pertinet. De *spoliati herede* nullum est dubium, quin ex persona defuncti exceptionem *spoli* intentare, & *amissam res possessionem* iure in se transmiso, aut devoluto, recuperare possit. Ut tanto non opus sit labore, in quo cum Caspare Klockio in Vol. II. Conf. XXIX. n. 85. seqq. aliquis desideret. Etsi *possessio* ad *heredem* non transit, quæ iam *ablata* est a *defuncto*; *nihilominus exceptio*

hæc

hæc semel nata erat *spoliari*, ut in heredem transmitti posset, qui non *deieclus* est ac spoliatus, prout defunctum repræsentat. Ulpianus in L. i. §. 44. *Dilectio vi & vi arm. confr. §. VI.* Gravioris est indaginis ea disceptatio, quam de herede spoliatoris inchoavi. Non aliter vero huic opponi potest exceptio *spolii*, nisi qua res *spoliata* ad ipsum pervenerunt, cit. cap. 2. X. do ord. cognit. Ulpianus in L. cit. i. §. 48. *Dilectio vi & vi arm.* Paulus in L. 35. pr. D. de O. § A. Neque pro exceptione illa probanda reus deferre iuramentum poterit heredi spoliatoris, si nondum sibi constat dol vel participem esse, vel minimum factum, ne res ablatæ ad se transirent, ut visum est, Io. Oldendorp in *Syllog. Except. spol. l. 16. in not. p. 87.* Wilhelmo Zangero in *Tr. de Except. P. II. cap. XXIX. n. 9.* De quibus vero circumstantiis reum posse heredis conscientiam explorare iuramenti delatione, penes me indubitatum est. Ut tamen quod ad *defuncti* factum de credulitate, quod ad *proprium* attinet, de *veritate* iuraverit. Illud alios reddiderit hæfitantes, quo modo exceptio *spolii* in heredem transmitti queat, cum ex *vero delicto* descendat per §. IV. & VI. cuius culpa ille vacaret. Resp. Ex spolio non agitur hic *criminaliter*, sed *civiliter* quod supra expositum in §. XXIX. Nihil ergo impedit, quominus adversus heredem exceptio *spolii* locum inveniat. Quæ ex principiis juris circa defunctorum delicta dependet, a quorū heredibus *turpia lucra* extorquenda sunt. Sic Pomponius in L. 38. *Dilectio R. I.* Sicuti pena delicto *defuncti* heres teneri non debet: ita nec facere, si quid ex ea re ad cum perverisset. Et id ipsum adprobat Ulpianus in L. 44. *Dilectio b. t.* Totiens in heredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo *defuncti* conveniatur, non quotiens ex suo. Quod igitur heredes dicuntur teneri, in quantum ad eos pervenit, non sit propter obligationem ex *delicto*, sed propter ipsam rem, quæ pervenit. Reinhardus Bachovius in *Tr. de actionib. Dis. V. th. 4. Dilectio Tabor in Racemat. Crim. VII. th. XXIII.* Iure naturæ ita præcipiente, ut si quis res nostras, aut *lucrum* ex eis, in potestate sua habet, is quantum in se est, efficere debet, ut illæ non minus, quam hoc, in potestatem nostram redirent.

§. XXXVII.

Neque omittendus est *octavus* casus, qui *cessionarium spolii* designat. Rursus gemina adest inspeccio: una de *cessionario spoliati*, quæ certa per regulam ex §. preced. Quidquid ad heredes est *transmissibile*; illud etiam est *cessibile*. Ac proinde *spoliatus* tam *exceptionem*, quam *actionem*

actionem suam cedere potest una cum facultate deferendi iuramenti. Conf. Iacobus Menochius in *Conf. DCCLIIX*. Nam *spoliī* remedia, sub quibus potissimum exceptio *spoliī* continetur, ideo cedi possunt, quoniam personae non qua tali, sed ob rem competit Lib. Br. a Lyncker in *Conf. CXX.* n. 34. Iacobus Menochius de *Recup. Poff. remed.* XV. n. 59. Antonius Faber *Lib. IV. C. Tit. XXIX. def. 7.* altera de cessionario *spoliatoris*, qua valde controversa est. Quam difficultatem quisque superare potest, modo distinguat inter eum, qui *sciens* a spoliatore rem invasam ac spoliatam recepit, & inter hunc qui *ignorans* illam obtinuit. De priore ipse pontifex Innocentius III. in *cap. 18. X. de restit. spoliat.* saluberrima constitutione sua providit, qua interdictum unde vi contra spoliatorem alias competens, ad singularem fucceflorem, qui *cessionarius* est, hoc modo extendit. Andreas Gailius *L. II. O. LXXV.* Ioachimus Mynsingerus in *Cent. III. O. 85.* Vnde reum spoliatum huic *cessionario* exceptionem *spoliī* opponere ac desuper *iuramentum* deferre posse, exploratum est, quia *mala fide* sua quasi in vitium *spoliatoris* succedit. Et *mala fides*, ut *occulta* est, ita non melius manifestari ac probari potest, quam delatione *iuramenti*. De posteriore autem, qui *ignorans* & ita *bona fide*, nec non *iusto titulo* rei spoliatae nactus est possessionem, contra hanc exceptionem *spoliī* competere, diserte expressit. D. Mevius in *P. IV. Dec. LXIX.* Adeo, ut nec de *eadem* re, nec de *alia* in iudicio spoliatus respondere teneatur, modo haec connexitatem aliquam cum illa habeat, antequam rei amissae restitutionem impetraverit. Idem D. Mevius *I. c. Dec. LXXX.* Hinc in ipso rei huius argumento Lib. Br. de Lyncker in *Conf. CXX.* n. 12. & 14. decidit, quod exceptio *spoliī* obici possit non tam *spoliatori*, quam eius *cessionario*: cum in rem, non in personam directa sit. Antonius Faber in *Lib. IIIX. Tit. III. Cod. def. 26.* Et quia *bona fides* *cessionarii* in *animo* consistit, inde sequitur, ut reus per delationem *iuramenti* illam investigare possit. Nam differentia quoque occurrit circa restitutionem rei spoliatae cum fructibus, quos percipiendos malae, non que bona fidei possessor restituit Lib. Br. de Lyncker *Conf. CXL.* n. 20. quod illa in *mora* constituit, a qua haec liberat. Deinde in præstatione delati *iuramenti* super exceptione *spoliī* interest interius Saxonum & Romanum. Iure Saxonico præstendum est ab ipso cedente, quippe quod repudiatur præstationem *iuramenti* in alterius animam. Sachsl. Landr. *Lib. I. art. XLVI.* D. Carpzovius in *Proc. Tit. XI. art. IIII.* n. 24. P. I. *Const. XII. def. 39.* Sed iure Romano, a *cessionario*, ut iure non pro se tantum de *fide*, qua rem

spoliatam accepit, sed in animam quoque cedentis de qualitate facti.
Vlpianus arg. L. 9. §. 9. & Pomponius L. 42. §. 2. D. b. i. Quæ uberior
 declarare, non instituti mei est.

§. XXXVIII.

Quanquam decisio hæc luce sua radiare videatur; non tamen defuerunt, acriter eam impugnaturi. Ex quibus Hartmannum Pistoris, magnaæ autoritatis Iureconsultum, produco, qui in Lib. I. O. C XXXV. vehementer contendit, exceptionem *spolii* contra tertium successorem singularēm, quem huc usque *cessonarium* vocavi, minus attento, utrum is sciverit vitium nec ne, neutiquam esse admittendam. *Principio ad Pontificis Innoceatii IV. cap. 1. X. de restit. spoliar. in 6to.* quod sèpissime me in alio casu allegatum memini, ipse Pistoris provocans hæc urget verba, *ut in civilibus negotiis, spoliationis obiectu (qua ab alio, quam ab auctore facta proponitur) index in principali procedere non posponat.* Ad quod dubium regerunt Henricus Zoëfus in *Iure Canon.* Tit. de rest. spol. n. 15. & Erenicrus Pyrhingius in *ius Canonic.* b. t. §. XIII. n. 109. quod tantum tertium successorem singularēm, qui bona fidei possessor rei *spoliata* est hoc capitulum removeat. *Male* fidei possessore admisso, de quo diserte disponat, quod de vitio *spolii* hic participet, *scientia & adprobatio*ne istius delicti. Sed quo minus responsio hæc mihi faciat satis, obstant ea, quæ cum eura deduxi in *præc. §. XXVI.* Alia igitur distinctione succurrendum esse videbatur, sententia labascenti, nempe tertius successor singularis, qui in bona fide est, aut ab ipso spoliatore rem accepit, aut ab alio bona fidei possessore: hunc à Pontifice excludi, hanc repugno; non tamen illum, quo etiam opinio mea in tuto locata est. *Conf. Antonius Perez in Comment. ad Tit. Cod. unde vi n. 10.* Deinde obiicit, *odiosam* esse exceptionem *spolii*, quæ in spoliatorem directa, in alios extendi nequeat. Quantopere vacillet regula, *odiosa* esse restringenda. Illustr. DN. Thomasius pridem ac solide ostendit in *Appendice ad Lib. II. Instit. Iurispr. divin. contra Placuum*, ut id refutatione mea non indigeat. Ecquis etiam animadvertisit, me non monitore, *odium spolii* potius exigere, ut contra bona fidei possessorem extendatur. Quemadmodum alias *crescentibus* delictis *pene* crescant; ita *invalecente* pallim *spolio*, necesse est, ut adversus quemlibet restitutio rei *spoliata* urgeatur, quo alii a *vi* illa *ablativa* eo faciliter derreantur, quo certior contra singulos restitutio decernitur. Denique illud movet dubium, adversus eum, qui a spoliatore rem nactus est, interdicto *unde vi* non agi uti vult Paulus in L. 7. D. de *vi* & *vi armat.* Né dicam,

dicam, quod hic ius canonicum, quia non de delicto tantum agitur, sed de bona quoque & mala fide, quæ ipsa conscientia possessoris est, omnino deroget iure civili. Atque huius sententia adcuratissimus D. Mevius ad stipulatur in Dec. CCCLXXXIII, cui bona fides tertio possessori prodeesse eatemus non videtur, quatenus exceptio spolii in rem, non in personam directa est, spolio inducente reale aliquod vitium. Et sibi a me laudatus Antonius Faber prudentissime iudicavit in Lib. II X. Cod. Tit. III. def. i. n. 8. Nihil interesse, an contra spoliatorem agatur, an contra eum, qui a spoliatore causam habet. Immo iure civili, sicuti deiciens solvendo non est, etiam tertium successorem singularem actione in factum convenire. Dd. ex communi opinione permitunt, secundum ea, quæ docuit Lib. Br. de Lyncker in Analect. ad Struv. Synt. Iur. Civil. Exercit. XLV. §. CIX. multo magis reo licet, ab hoc conuento, exceptionem spolii opponere, eamque actoris iuramento relinquere, ex ratione, qua iura ad excipendum prionera sunt, quam ad agendum.

§. XXXIX.

Difficultate hac etiam semota, ad nonum casum redeo. Quo colonus a locatore prædiī sine causa expulsus, postmodum ab hac actione locati conventus de solvenda pensione residua, exceptionem spolii recte exprobrat locatori, quam delatione iuramenti non minus probare poterit, quam alii rei conventi, secundum rationes §. XIX. cum seqq. adductas. Non diffiteor quidem Iacobum Menochium l.c. Remed. IX. n. 158. colono illam denegasse, quem secutus est DN.D.Herold ad Process. Langii cap.XLI. n. 261. Fundamentum hoc præstabilunt, quo niti possint. Colonum saltim in possessione, non possessorem prædiī esse: detinere istud, proprio tamen non infidere: nec interdictum unde vi competere nudo detentori. Papijanus in L. 18. pr. D. de vi & vi armat. Notandum vero est, quod detentio cum facultate utendi sufficiat colono pro exceptione spolii, ut recuperatione prædiī ad facultatem illam revertatur, usque ad tempus conventum. Quam recentiores Icti omnino attendunt, & secundum detentionem colono tain exceptionem spolii, quam actionem sine ulla dissidentia, velut ex consuetudine quadam forensi ita invitati, adiudicant. Plura eorum responsa e variis Germaniæ Academiis cum cura collegit consultissimus Vir, Andreas Wegen in Tr. de locatione & conductione cap. XII. p. m. 67. usque ad fin. n. 79. Deinde id saltim sequitur colono, qua tali non dari secundum ius strictum ac rigidum, ab adverfariis probatum, interdictum unde vi directum: an utile dari posset, ubi mores perducunt leges in potestatem suam, quis dubiatur,

taverit? Ipse Jacobus Menochius, acerrimus contrariae sententiae suae defensor tandem mitescit in *l. c.* ratus, colonum eo casu officium iudicis ad hoc, ut restituatur, implorare posse. Qua declaratione probe munitus nunc adiicio breve quidem, at opportunum casui meo responsum, quod ab incluta Facultate Iuridica in Academia Lipsiensi, suppeditatum est in causa G. B. contra L. O. a. 1722. mens. Febr. Dass Beklagter die vorgeschüchte exceptionem spolii, NB. indem auch ein Pacht-Mann, als detentor in seinem Pachte spoliaret werden kan, wenn ihm die Nutzungen entzogen werden, in 15. Tagen zu erweisen schuldig.

§. XL.

De *prædoni*, quem *spoliatum*, alibi dixi restituendum esse, decimus causus exsurgit. Ne igitur ambiguitas me decipiat, prius *circumstantias* eius evolvam, quam decisio adiciatur. Si *prædo* restituendus est, vel a *spoliatore*, qui se convenient, vel ab eo, quem ipse *spoliauit*, restitutio *spolii* sibi impetranda est. Priori omnino restitutionem adiudicavit Jacobus Menochius in *Remed. Recup. Poff. I. n. 109.* Vbi statuit, *prædonem* esse restituendum contra se *spoliantem* cum non ab hoc, sed ab alio possessionem abstulit. Adeoque & hoc casu exceptionem *spolii* habet, eandemque per delationem *turamenti* probare potest, secundum dicta in §. XIX. Posterior non restituendus, sed repellitur *exceptione* contrarii *spolii*, quæ *spolianti* competit contra primum *spoliatorem*, cui ut *prædoni* res ante omnia non restituuntur. Menochius *l. c. n. 150.* D. Mevius in *P. IX. Dec. CCCLXXXIX.* Et ratio in proclivi est, quia dolo fecit, qui petit, quod restituturus est. Bonifacius. VIII. Pontifex in *cap. 56. X. de R. I. in 610.* Celsus Bargalius de *Dolo in Lib. VI. Reg. XVI. n. 19. seq.* Fateor hos mihi difficiliores ceteris casus vilos esse, quos pro ea libertate sentiendi, quæ in Academiis utinam, huc usque expendere libuit. Longe plures restare, non eo inficias, ut de *vasallo, emphrytva, superficiario* aliasque remedio hoc iuris quoque sublevandis. Magna molis opus hoc fuisset, eos tetigisse, nedum pro gravitate circumstantiarum explicuisse. Quem vero candorem ego in censendis ac recensendis aliorum sententiis adhibui, eundem erga me a cordatis & modestis lectoribus adhibitum iri confido. Invidorum turbam, quæ minus intellecta odit arroditque, ne euro quidem, DEI auxilio fretus, & innocentia vita, & integritate doctrinæ, obtrectatores, illos in posterum superare contendam. Cui etiam pro viribus concessis nobis in perficiendo hoc labore, perpetua gloria a me debetur.

NOBI



NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
RESPONDENTI SVO
SALVTEM PLVRIMAM DIGIT
PRÆSES.

C Onscia recti mente qui imbuti sunt, non re-
iicient laborem Tuum. Quem consumisti
in eo, ubi gloria divini Numinis cum commodo
& quiete communis inter se coniunguntur. Ut
suprema istius; ita proxima huius ratio habenda
erat. Indignantur, quibus cordi est, auram so-
lum captare popularem. Alia Te diu adflavit;
alia Te in posterum sustentabit. Quod populo
placere non potuit, specimen edis. Adeo ille spo-
liis deditus est, ut privatæ expleat studium vindictæ
suæ. Nihil iucundius hac æstimat, ut vitam sæpius
perdere, quam vindictam omittere malit. Et
quamquam ab antiquis repetitam eruditionem
minus sapiat; longe tamen utiliora attingit, quam
promittere videtur. In fori negotiis occupati eis,
quæ tradidisti, facile addent calculum suum. Cum
primis si comparationem illam opinionum probe
expendant, quibus non singuli, sed integri Iure-
consultorum ordines, inter se colliduntur. Non

ADE21E

F 3

sine

sine insigni usu hanc a Te factam esse, arbitror.
 Ex lapidum collisione elici ignem, omnes norunt.
 Sic contentione Tua non aliam, quam similiorem
 vero a Te erutam esse sententiam, lectores scriptio-
 nis Tuæ protinus advertent. Proposito quoque
 animi Tui conveniebat hoc argumentum, qui pro-
 pediem ad forum accedes. Patronus caularum fu-
 turus. Ut ergo, Te tramite iuris ducente, lapla
 non erigantur minus, quam spoliatis ablatae res
 suæ restituantur, Tuum erit providere. Neque
 spei eventus hos destituet, qui curæ Tuæ lires suas
 committent. Antiquum Te obtinente, ut a bonis
 moribus, quibus optime institutus es, nunquam
 deficere queas. Inde accidit, ut in Regia Acade-
 mia nostra iudicibus huc usque ignotus, solis do-
 CTORIBUS Tuis innotesceres. Quod ego tanto con-
 fidentius refero, quanto luculentiora diligentiae
 Tuæ in scholis meis fuerunt monumenta. Si in-
 stiteris, ut semel incepisti, vestigiis eorum, qui Te
 præcesserunt, voto non fallor meo. Verum pro
 diligentia & prudentia Tua id efficies, ut, dum
 actiones in foro desinent, Te honores ex meritis
 præstolentur. Dabam in Academia Fridericana
 d. XXII, Ian, M DCC XXIV.

ADESTE

ADESTE SVLTIS BENEVOLI
LECTORES.

Quorum interest egregia ingenia vel amare vel provehere;
Et qui in hominibus.

Ad publicas rei commoda natis

Scientiam rerum,

Ornamenta virtutum,

Et morum suavitatem,

Aequis iudiciis astimatis,

Meritisque laudibus prosequemini;

Adeste inquam & discite,

Qualis fit POPICHIVS,

Eximium hoc eruditio*nis* tirocinium deponens:

Quippe in eo deprehendimus

Ingenuam mentis indolem.

Cum modestia. & suavissima oris lenitate coniunctam;

Deprehendimus & miramur in Eo,

Intellectus lumen in iuris scientia,

Voluntatisque moderamen in actionum præstantia.

Hinc non expectemus nudum sciolum,

Baldi, vel Bartoli glossematis tantum crepitantem,

Aut Legulejum purum, putum,

Verba modo Legis sectantem,

Alt sensum & vim eius negligentem:

Sed legis optimum interpretem,

Eiusque rite applicandæ artificem.

Hoc dum ipse, re ipsa de le probat P OPICHIVS;

Et post hac REGI, patriæ, Civibus

Magis magisque probabit,

Non opus est cuiusdam Bonacossæ præsumptionibus,

Nec celebris Mascardi probationibus,

Neque Zangeri Exceptiones timeamus:

Non solum ergo de POPICHIO bene sperare

Sed etiam confidere omnes possunt,

Talem futurum,

Qualis

Qualis iam cognitus iudicatur

Ad postremum

LECTORES benevoli & candidissimi,

Antequam abire hinc licet,

Mecum ex animo comprecemini,

Vt sumnum Nuinen nostratem POPICHIVM

Vsque & usque provehat

Et inter adminicula melioris saeculi

Omni prosperitate florentem

Servet quam diutissime !

In tessera amicitie aposuit

IO. PHIL. THOELER, Stud. Iur.

Wettinenf. Magd.

Ho kan ein saurer Zweck, gar leicht erlanget werden,
Wann Tugend und Verstand dazu die Bahne zeigt,
Und wer sich steten Fleiß erwehlet zum Geferthen,
Dem wird zu lezt nach Wunsch verdienter Lohn gereicht.
Dein unermüdter Trieb, nach Pindus sauren Höhen,
Hat dir von Jugend auf den Vorsatz eingeprägt:
Daz wer die Rosen liebt muß auch durch Dornen gehen,
Weil der Vergnigung meist was saures beygelegt.
Doch dieses ist vorbei Du kanst nunmehr prangen,
Apollo giebet Dir den wohlverdienten Lohn,
Durch dieses Specimen kanst Du den Ruhm erlangen,
Der Dir mit Recht gebührt, als einen Musen Sohn:
So tritt democh vergnügt zu diesen Ehren-Stuffen,
Und bähne Dir dadurch den Weg zu fernern Ruhm
Du mögest künftig hin vergnügungs-voll ausrussen,
Daz Ehr und Glück zugleich dein stetig Eigenthum.

Womit ergebenst gratuliren wolte

L. E. CASELO.


ULB Halle
003 137 83X

3



86

V018





G.36. num. 11. gg. 10.
1724 28 19

23
75
**DISSERTATIO
DE
PROBANDA
EXCEPTIONE
SPOLII
PER DELATIONEM
IVRAMENTI**
QVAM
 DIVINO AVSPICIO
**SECUNDVM PRINCIPIA IVRIS
PROCESSVALIS INSTITVIT,**
 ET
 PVBLICVM DIRIGENTE CONFLICTVM
D. IOAN. FRIEDEM. SCHNEIDERN,
 SACRAE MAIESTATIS REGIÆ BORVSSICÆ CONSILIARIO
 AVLICO, LOG. AC PRIM. PHILOSOPH. ORD. IVRIVM
 EXTRAORDINARIO PROFESSORE
 PVBLICO
IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA
 A. O. R. MDCCXXIV. D. 31. IAN.
MODESTO DISQVIRENTIVM EXAMINA
SVB MITTIT
IO. GEORG. POPICH, BELGARD, POM. I. V. C.
 NOT. PVBL. CÆS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS.

KÖNFRID
UNIVERS.
ZVILALIE